





NARRATIO HISTORICA EORVM, QVÆ SOCIETAS IESV IN NOVA FRANCIA

Fortiter egit, & paſſa eſt,

ANNIS M.DC.XLIIX. & XLIX.


è Gallico in Latinum tranſlata


A P. GEORGIO GOBAT
ciuſdem Societatis IESV
Theologo.


OENIPONTI.

Typis HIERONYMI AGRICOLÆ.
Anno 1650.
Cum facultate Superiorum.









ANTONIO
REVERENDISSIMO
BRIXINENSIVM
EPISCOPO.
ILLVSTRISSIMO
S.R.I. PRINCIPI.



D R.mam & Ill.mã Celſitudinem Tuam redeo, R.me Præſul, Ill.me Princeps, non allectus modò, ſed planè tractus illâ Tuæ quidẽ Celſitudini innatâ, adeoq; perpetua

petua

petuâ, prorſus tamen ſingulari Humanitate, qua me ſub huius anni Iubilei auſpicium, cùm ego meũ de Iubileo libellum R.^{mæ} Celſitudinis Tuæ Illmo Nomini conſecratum coràm offerrem, diesq; aliquot Brixinæ morarer, Tua Celſitudo Illma complecti dignata eſt. Verè quidem vniuerſim pronuntiauit Gregorius Nyſſenus [a] datam eſſe hominibus,

a de opif. homin. c. 4.

nibus, quorum animi ad magna, excelſaq́; ſunt nati, pro purpura virtutem; at ego me à vero non aberraturum confido, ſi Humanitatem, Benignitatẽ, Comitatem, quæ in Tuæ Celſitudinis verbis, factis, geſtibus omnibus, & motibus gratioſiſſimè elucet, cæterarum virtutũ in Tuas actiones omnes ſeſe diffundentium, Purpuram eſſe dixero.

Vt enim purpura & ſe-

cundæ à prima dignitatis
est insigne, & corpus de-
centissimè exornat, & o-
culos in se intuentium ra-
pit, atq; oblectat; ita con-
stans, sinceraq́; Humani-
tas, Comitas, Benignitas
Principis, omnibus reli-
quis virtutib⁹ conspicuã,
non modò earundē est in-
dex, notaq́; virtutũ, sed &
eis mirificũ decus adfert,
mortaliumq́; animos tam
arcto sibi nexu copulat; vt
priùs homines esse, quàm

Principem Humanitatis, Comitatisque laude insignem colere, venerari, amare desinant. Si, vt Gregorius Nazianzenus[b] Athanasium, orbis, ita Te, R.me & Ill.me Princeps, Tuorum Brixinensiũ Oculum vocauero, parum dixero, & si parum dicendo errauero, hunc, spero, condonabis errorem, memor eius errati causam esse Tuam Humanitatem,

b Orat. 23.

quæ Tuis ita Te charum reddit, vt Te plus ſuis oculis diligant. Hinc pauculis illis, quibus in vrbe Tua Brixina commoratus ſum, diebus, tot nobiles, ac plebeios vidi, audiui vota pro ſuo, vt loquebantur, Humaniſſimo (addebant, Humillimo Religioſiſſimo, iuris & æqui ſtudioſiſſimo) Principe, ac Dño, fundentes, dubios tamẽ, gauderentne, ſeptuageſimum Tibi iam

ætatis

ætatis annum agi, an dolerent; non nescij, haud sapienter minùs quam argutè Cereali Consuli[c] dictitanti, *posse & senes diu viuere, & iuuenes citò mori*, respondisse Marcellam Sanctissimam Viduam: *Iuuenis quidem potest citò mori, sed senex diu viuere non potest*. Quamquam si Cerealis senes, Tui, R.^me Princeps, similes designauit, nō vt Consul Roma-

c *Vt refert S. Hieron. lib. 3. epist. ad Principiam Virg.*

nus, in Capitolio senten-
tiam dixisse, sed vt Apol-
lo Fatidicus Delphis ora-
culum fudisse pronuntiã-
dus est. Victûs quippe
frugalitas, & in egenos li-
beralitas, quæ duæ virtu-
tes Tecum, vt cum san-
ctissimo Iob [d] loquar,
semper creuerunt, longę-
uitatem adferũt, illa qui-
dem suapte naturâ gignẽ-
do; hæc egenorum preci-
bus à Superis exorando.

Eorum

d *Iob 31. Vers. 18.*

Eorum, quæ indicaui, atq; aliorum, quæ nõ imprudens prætereo, animi Tui, R.me & Illuſt.me Princeps, ornamentorũ Purpura Humanitas, animũ mihi fecit, vt hunc paucarum pagellarum libellum Ill.mo Nomini Tuo conſecrare auderem, non ignarus, primas ſingularis Humanitatis partes eſſe, etiam pomũ ab agreſti manu, mente officioſa, obſequibiliq; porrectum,

dextrâ

dextrâ Principali nõ modò clementer, ſed etiam benignè accipere. Accedit, quod ſciam R.mam & Ill.mam Celſitudinem Tuã, pro eo, quo in Diuinæ glorię incrementa fertur, ſtudio, proq́ue ſingulari in Minimam Soc.tem noſtram beneuolentia, perquàm libenter ex hoc libello cognituram Chriſti IESV Imperium per gentes feras, & barbaras recèns mirificè propagatũ;

for-

fortiſſimo quoq; animo
à Soc.[tis] IESV ſacerdote,
anno proximè ſuperiore
toleratum illud acerbiſ-
ſimi, rariq́ue genus ſup-
plicij, quo invictus Chri-
ſti Martyr Caſſianus Ec-
cleſiæ Tuæ primus Epi-
ſcopus, Te digniſſimo
ſucceſſore iam lætus an̄is
abhinc 1287. exantlato
conſtantiſſimè, Brixinen-
ſem Infulam purpurauit.
Quam diu, beateq́ue, vt
geſtet Infulam Tua R.[ma]

& Ill.ma Celſitudo, precor, voueo. Halæ Idibus Iulij anni Iubilei M. D.C. L.

Tuę R.mæ & Ill.mæ Celſitudini

Deditiſsimus ſeruus

Georg. Gobat
Soc. IESV.

INTERPRETIS.

Ad Lectorem Præfatio.

DE SITV, MORIBVS, INSTITVTIS NOVÆ FRANCIÆ.

Ertente anno proximè superiore, Lector beneuole, in lucem editus est lingua Gallica libellus, cui ab Auctore P. Paulo Ragueneau datū hoc nomen; Relatio eorum, quæ in Societatis IESV Missionibus Nouæ Franciæ gesta sunt annis 1648. & 1649. I.

Ea

Ea narratione, quam Annales
duorum illorum annorum iure
dixeris, describuntur, quæ & ipsi
Patres nostri id locorum, & ex
eorum disciplina, hortatuq́; Neo-
phyti illo biennio præclarè egerũt,
fortißimè paßi sunt. Perquàm
mihi, alijsque multis digna res
visa est, quæ apud plures inclare-
2. *sceret. Quocirca è Gallico in La-*
tinũ vt conuerterem, fuere mihi
auctores viri boni, ac sapientes;
quibus obsecutus animum appuli
ad hanc intempestiuam sanè mihi,
& ea re subitariam operam. Quæ
quando suscepta est à me in Ger-
mania, in qua plerisque ne nomen
quidem Nouæ Franciæ auditum
vnquàm, pauculisq́; perspectum

quid Noua Francia sit, censui me operam non lusurum, si ad intelligenda ea, quæ in hac Narratione Historica recēsentur, Nouæ Franciæ Situm, incolarum indolem, eorumq́; viuendi rationem tuis, Lector, oculis, atque animo offerrem.

3. *Est Noua Francia Indiæ Occidentalis, atque Americæ Septemtrionalis pars non minima. Initium quippe sumit à vigesimo quarto gradu citra tropicum Cancri, atque ad quinquagesimum vsque exporrigitur, nota satis, quà solem Occiduum spectat; quà verò in Septemtriones declinat, magnam partem incognita manet.*

4. *Nouæ Franciæ nomen sortita est à Francisco I. Franciæ rege, quòd eius auspicijs sub annum Domini millesimum, quingentesimũ quartum, à Ioanne Verazano primùm sit detecta, indicium facientibus Normannis, & Britonibus, piscationi intendentibus. Canadam, & Canades vocant etiam promiscuè Galli, ac scriptores nonnulli, videlicet à flumine Canada, quod Nouam Franciam lambit, Castorum feracissimus.*

5. *Vniuersa regio varias in prouincias, ceu corpus in membra diuiditur, quarum alias Galliarum reges imperio tenent, ijsque iura dant per Gubernatores, vt vocãt, seu Præfectos, alias fœdere ami-*

citiaq́; iunctas habent, cum alijs bella quandoque gerunt. Trium duntaxat, quatuorue præcipuè in hac historia fit mentio: Huroniæ, Iraquaniæ, Algonquiniæ; & illius, quam Neutram appellant.

Est earum Prouinciarum solum non infœcundum, ager etiam alicubi amœnus, & cultura facilis, at non perinde cultus, habitatoribus nimirū vitam ferinam, vtiq́; inter feras, montiumq́; saltus viuentibus. Abundat ea Castoribus, & vulpibus nigris, è quarum animantium pellibus magnum parari quæstum expertus Petrus à Monte, Nobili loco in Sanctonibus natus, suorum popularium co- 6.

lonias eò deduxit, ac ſubinde tum ipſe, tum qui eius inſtitutum ſecuti ſunt, Caſtoreis exuuijs Gallorũ, Germanorum, aliorumq́; gentiũ manus ornarunt, dicam? an onerauerunt?

7. *Cæterùm ſunt Nouæ Franciæ populi (ſi illos demas, qui Chriſtiana ſacra colunt) ab omni humanitate alieni; moribus non agreſtibus duntaxat, ſed planè feris, ac barbaris, vt proinde haud immeritò à Gallis vulgari nomine* Silueſtres *nuncupentur. Nemora ijs tectum, & fixæ venabulo feræ paſtum præbent; carnes humanas in præcipuis habent delicijs; quas ex hoſtium animatis etiamnum corporibus exſectas, vel*

auulsas torrent, semitostas in miserorum conspectu esitant, heluanturq́;. Ipsum adeò sanguinem humanum è palpitanti corde promanantem ore, aut vola excipiũt, ac sorbent.

Omne genus impuræ libidinis inter eos adeò grassatur impunè, vt Cypris Regiam sedem illic fixisse dici queat. Dæmonum præstigijs insanum in modum sunt addicti. Somniorum tam stolida, vecórsq́; apud eos religio, vt quod sibi quis per quietem imperatum meminit, id protinus faciendum existimet; atroxq́; flagitium admisisse censeatur, quisquis intercedere sustinet, vel impedire. 8.

Nullum

9. *Nullum Christianæ religionis vestigium, in huius gentis mediterraneis deprehensum, ante annum reparatæ Salutis humanæ millesimum sexcentesimum vigesimum quintum, qui populis illis*
3 *planè Iubileus illuxit; Euangelij face in Huroniam illata à R. P. Ioanne de Brebeuf Soc. Iesu sacerdote, cuius mores eximiè sanctos, mortemq́ pro Christo fortissimè obitam hæc Narratio exhibet, quemq́ annis abhinc quinque & viginti, in Huroniam, futurum primum gentis Apostolum destinauerat P. Petrus Cottonus Franciæ Prouinciæ Moderator, vir prudentiæ, eruditionis, virtutúmque omnium laude clarissimus.*

Patrem Ioanem de Brebeuf secuti alij, atq; alij Socij, longè lateq; suam operam explicarunt, & in hodiernum diem explicant, tam secundo Numine, tamq; fœlici successu, vt multis in locis, ædes Vero Deo sacras exstruxerint, multa indigenarum millia ad humanitatem, ad Saluatoris Nostri notitiam, sincerúmque cultum; haud paucos ad præclara virtutum specimina adduxerint, partitis inter se expeditionibus varijs, quas Summi Pontifices iuxtà nobiscum vocare consueuerunt Missiones.

Hæc ego, benigne Lector, præfanda duxi, quibus id unum addo, quæ peculiari Charactere extra

epiſtolas impreſſa cernes, eſſe ipſiſſima Gallici exempli verba Latina; quæ quidem cur mutarem, cauſæ nihil habui. At cauſam habes, cur à me ſtyli elegantiam, ac nitorem non exſpectes; quibus enim diſtineor, occupationes, eripuere tempus æquandæ, expoliendæq; ſcriptioni neceſſarium; & ipſa materies viſa eſt, verborum, ſententiarum, nexuúmue neglectum non vbiq; reſpuere, alicubi etiam flagitare, aut certè poſtulare.

LIT-

LITTERÆ PATRIS PAVLI RAGVENEAV Societatis IESV.

Ad

Reu.dum Patrem Hieronymum Lalement Superiorem Missionum Societatis IESV in Noua Francia.

Reu.de in Christo Pater.

PAX CHRISTI.



STA Relatio, quam R.V. offero, progressus in Fide Catholica inter has Gentes factos, eósq; quàm antehac illustriores, potißimùm recensebit. Subiungentur aliqua de eiusdem

regionis deuastatione, quam à vicinis hostibus tunc passa est, cùm maximè res fidei nostræ felicem cursum tenere videbantur. Inter quas temporum calamitates id vnum nos solatur, quòd interea, & diuorũ numerus his nostris damnis auctus, spoliisq; istius Ecclesiæ militantis, cælum exornatum credi possit: tum verò etiam, quod gens ista in ruinam non fuerit impulsa, sed tantò firmior etiamnum immortalis vitæ spe tanquam fulcro subnixa persistat, altioresque tantò radices egisse situisa; quantò sæuioribus turbinibus fuerat exagitata.

Videmus quidem labores manuum nostrarum, vel potiùs diui-

næ

næ dextræ opus, vehementer nunc disiectum; tot nascentium Ecclesiarum colonias, vera Christiani cultûs insignia, sanctissimam Crucem amplexas, magnam partem ferro excisas, ignéue exustas, aut bonis suis, sedibusq́ue patrijs exutas per siluas, & montes cum bestijs oberrare, ærumnis faméque confici, vt qualibet morte crudeliores hostes euadant. Magni tamen boni loco ducimus, quod pars non minima gloriosæ istius Crucis nobis quoque ferenda obtigerit, dum aliquos è nostris Fratribus diuina benignitas purpurato illi gregi, fuso pro fide sanguine, accensere dignata est, nobisq́ue superstitibus inde spes affulserit, per eos-

dem ignes, qui etiamnum fumāt, eò euolandi, quò ipsi præcesserunt; gratulamur, inquam, eam nobis rerum conditionem, vt felici necessitate cogamur & multa perpeti, & omnia timere, in obsequijs supremi illius Domini, cuius magnitudinem in his terris barbaris enuntiamus.

Eius diuinam erga nos, gregesq́ nostros prouidentiam adoramus: Illum ob præterita laudibus extollimus, ac cum amore, imo & gaudio nostri cordis eiusmodi plura exspectamus, quæ natura nostra reformidare posset. Ipse enim solus dignissimus est, cui ita seruiatur. Ipsi supplicamus enixissimè, vt diuina eius voluntas

luntas in nobis expleatur, vt in vitâ, ita in morte.

R. V. eum in finem nobis quæso, opem diuinam exoret, atque omnes illi, qui aliquo in conuersionem horum populorum studio feruntur.

Ex Domo S. Mariæ in Huronia 1. Maij, 1649.


Humillimus & obedientissimus in Christo seruus

Paulus Ragueneau.

LITERAE R.P. HIERONYMI Lalement

Ad

Reu.dum P.Claudiũ de Linguedes, Prouincialem Societatis IESV in Provincia Franciæ.



Euerende Pater. Relatio, quam hîc R.V. perſcribo, de Huronia, ſubijciet oculis, miſeræ illius gentis, quæ paulo antè flos Chriſtianorum in his partibus haberi poterat, immanem deuaſtationem, & deploranda exilia, tum etiam Paſtorum eius trium è noſtris Socijs, pro fide gloriosè obitam mortem

tem; item nonnullorum, quos diuina prouidentia disperso gregi reseruatos voluit, intra magnum quendam lacum, receptum. Tacuimus ingentem numerum eorum, quos de siluestri isto populo per sanctum fontem, & impositionem iugi Christianæ legis Deo cicurauimus, & alia multa in his locis per gratiam Dei gesta; quæ omnia animos erexerunt, vt conari maiora, messemq; longè vberiorem ex his seminibus nobis promittere audeamus.

Dominus de Ailleboust Gubernator noster, quantùm fieri poterat, periclitanti Prouinciæ succurrit, & milites, & annonam militarem, quibus hostes submo-

uerentur, mittendo. Sexaginta Galli circiter in duas turmas diuisi illuc aſcenderunt : illarum altera hoc autumno redire, vna ibidem hibernare iuſſa, quem ſit euentum expeditio ſortita, nondum intelleximus, faxit Deus, vt ſit fortunatus.

Hoc anno aliam R. V. relationem de rebus noſtris non mittimus, niſi iſtam de Huronia: non quòd fructus maturi in his inferioribus locis, quibus R. V. ſpiritum recreemus, non ſuppetant, cùm ſupra omnem ſpem noſtram & numero, & pietate gens hæc inhumana creſcat, ſed vt ſeries narrationum conſuetarum has partes inferiores ſpectans non intercisè

ſuo tempore pertexi poſſet, iſtam nunc ſolam, quæ res tam extraordinarias continebat, extra ordinem placuit dare, cui ſi permixta alia fuiſſet, importuna, atq; affectata haberi potuiſſet.

Iraquani aliqua hîc inferiùs nos quiete frui permiſere: at neſcimus quàm diuturnâ: id ſolatio eſt, quod eiuſmodi viciſſitudines omnes ab infinitâ ſapientia promanare non ignoremus, cui acquieſcere ſit æquiſſimum.


Ex quibus omnibus R. V. abundè cognoſcet, nos ſpecialibus indigere ſuppetijs ſuorum ſanctiſſimorum ſacrificiorum, & precum, quas proinde ab ea petimus ſub-

missisimè, atque ab eius humanissimâ charitate erga nos speramus.

Ex Quebec 8. Septemb. An. 1649.

Humill. & obedientissimus seruus in Christo.

Hieron. Lalemant.



CAPVT I.

BARBARI DVO oppida de Huronib⁹ capiunt, & P. Antonium Danielem cum alijs Christianis obtruncant.



Tabant in extrema Huronia, quà Iràquàniam spectat, duo oppida habitatoribus non in frequentia: quorum alterum fami- 1.

familias omnino quadringentas numerabant. Sacris procurabatur à sacra Societatis nostræ expeditione, quam sancti Iosephi Missionem indigitabamus. Iam dudum inibi firma, atque immota consistebat Christiana religio. Incolarum numerus, atque sanctitudo magna in dies capiebat incrementa, operâ ac studio Patris Antonij Danielis, qui inter primos hoc sentibus horrens nouale prosciderat laboribus indefessis, offregerat vigilijs, sudore rigauerat.

2. Quùm anno millesimô sex-

ſexcenteſſimo duodequinquageſimo oppidani armis ferendis idonei magnam partem domo abeſſent, alijs nimirum venãdo ſaltus peragrantibus, alijs in expeditionem militarem, quæ tamen improſperè ceſſit, profectis, Iraquani gens fera, & immanis, Huronumque importuniſſimi hoſtes, coacta ſuorum non contemnenda manu in Huroniam irruerunt.

Quarto nonas Iulías incruentâ Deo hoſtiâ litauerat P. Daniel, & vix dum fecerat, cùm ad arma, atque ad propulſandum hoſtem, qui 3.

tacito agmine, factoque per nocturnam caliginem itinere, inobseruatus superuenerat, conclamatur. Ad hanc vociferationem alij ex æde sacra, quò frequentissimi sub primum solis exortum de more conuenerant, sese proripientes, tela; fugam alij capessere; omnia tumultu, trepidationeque misceri. Pater Antonius illuc ferri, vbi plurimum esse periculi conspicit; suis ad fortiter propugnandum animos subdere, eorumque pectora, tantâ cœlestis eloquentiæ vi pulsare, vt ij, qui in id tempus peruicacissimè Christia-

na sacra respuerant, eadem tunc expeterent, idque tanto numero, vt cùm per temporis angustias singulos deinceps lustralibus vndis tingere non posset, consilium à necessitate mutuatus, strophiolo frigidæ immerso complures simul asperserit, misericordiam iteratis vocibus efflagitantes.

Interim magna vi, atque ferociâ sese inferebat hostis; at non absque immortali bono nonnullorum, quibus extrema parabantur mala; illos etenim in vltimis consti-

constitutos piacularis fons simul abluit, simul cœlo transmisit.

5. Vt Patrem Danielem aduertit præsens oppidi iamiam capiendi periculum, salutem, pro eo ac inuitabatur â multis, fugâ non quæsijt; sed suimet oblito subijt recordatio aliquorum senio, atque ægritudine confectorum, quos diuturna opera Baptismo parauerat. His alijsque procurandis omnia mapalia confestim lustrat, omnes accendit ijs, quibus æstuabat flammis, ipsę adeô Gentiles feminæ sua illi pignora offerebant Christo per

per lauacrum regeneranda.

Hæc agente Patre Daniele 6.
Iraquani in oppidũ irrumpunt, tugurijs faces ſubdunt, promiſcuâ cæde in omnes debacchantur, cruentarum belluarum ritu, ipſo imbellis ſexus infirmæque ætatis cruore, quem crudeliter fuderant, efferati.

Cum verò Pater Daniel 7.
peroptaret in ſuo templo, veluti in ſtatione vitam pro Chriſto Imperatore ponere, illuc ſeſe, peractis, quæ deſtinauerat, refert, complexumque Chriſtianorum, & Catechumenorum turba, ſacrum

crum baptiſma efflictim po-ſcentium reperit.

Erat enim verò ad id loci deuentum, vbi & illorum preces accendebat fides, & animi à linguâ diffidere nequibant. Quamobrem alios noxis abſoluit; alios aquâ ſalutiferâ abluit, vniuerſos autem beatiſſimæ ſpei implet, ſolatur, & excitat; vix aliud ingeminans, quam hæc verba: Fratres mei hodie: cęleſtem Patriam inibimus.

8. Hoſtes cognito ædem ſacram hominibus eſſe referta, milluc rapido curſu, barbaro cum vlulatu ſicuti ad-

opta-

optatam, paratamque prædam; ac laniènam conuolant. Quibus conſpectis ad ſuos conuerſus Pater; fugite ocyus, inquit, fratres mei, veſtramque vobiſcum portate fidem, meum eſt hanc tenere ſtationem. Quoad ſpes erit, vel vnum Imperatori Chriſto afferendi, veſtráue causâ mortem oppetendi, vitæ meæ rationem habebo nullam; nos rurſus iungent Beatorum ſedes. Hæc effatus procedit ipſe, obuiam barbaris; auferente fnga ceteros; ſubſiſtunt paulisper hoſtes, quinimò pedem referunt aliquantum

tùm, attonante illos conſpectu viri, qui vnus tantæ multitudini occurſare non dubitet, vultuque minas, & animos prætoriæ cohortis ſpirare videatur.

9. Demum pudore, rabieq́; ſtuporem vincentibus alter alterum excitant, Patrem circumvallant, ſagittis totū vndique obruunt, ac poſtremo fiſtulam ferream in eum exonerant, mediumque pectus mortali vulnere traijciunt. Ea lethali plaga ſtratus humi Pater Daniel, nomine Iesv inclamato extremum vitæ ſpiritum edidit. Vere bonus Paſtor, qui

animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis.

Vt Patrem procubuiſſe, 10.
vident, tanquam ſigno dato
in iacentem ruunt tanto furore, quanto ſi is vnus eſſet, in quem ſuum ipſi auernale odium, atque ſæuitiem exonerare deſtinaſſent. Omnia corporis tegumenta detrahere, nullum petulantiæ genus non exercere, nemo ferè eſſe, qui ex inflicta quãtumuis exanimi corpori plaga laudem, palmamq; non captet; cumq; iam exuſtis pagi tugurijs ſerpens flamma ipſam quoq; ædem ſacram corripuiſſet, in medios ignes

Patris

Patris cadauer, proijciunt, futurum mox gratum Numini holocaustum. Equidem illustriore fato, quàm inter ignes, & lucem ardentis templi defungi non potuit.

11. Barbaris suas in Pastorem iras effundentibus, pars gregis locum fugiendi nacta vitam in tuto collocauit; quam profectò Patris morti acceptam referre debent. Reliqui haud tempestiuè satis discrimini sese eripere potuerunt, præsertim matres nonnullæ, quarum partim succumbebant sarcinæ trium quatuorue liberorum; partim cùm se in nemorum

opaca

opaca abdidissent, prodebantur fletu innocentis ætatulæ, quæ quod maximè reformidat malum, id ipsa sibi suis accersit vagitibus, atque eiulatu.

Numerus eorum, qui vnà cum Patre Daniele pars necati, pars in seruitutem nece acerbiorē abstracti sunt, ad septingentos excreuit, mulieres ferè atque pueros. At longè plures vitam, libertatemque fugâ seruauerunt. Eorum haud pauci in hoc nostro sanctæ MARIÆ domicilio asylum quæsierunt, repereruntque. In illos enim erogauimus, quæ 12.

curia

curta ſupellex noſtra nobis ſumminiſtrauit? Nudos amictu teximus, fame propemodum enectos refocillauimus cibo, fleuimus etiã cum flentibus, atq; inſuper languentium animos meliorum ſempiternorumque ſpe erreximus, contemptis pro Dei gloria, animarumq; ſalute quibusvis periculis, æternorum præmiorum magnitudine pretioſis.

CAPVT

CAPVT II.

ANNVLLA DE Antonij Danielis virtutibus perstringuntur.

ANnos decem & quatuor in ea Huronum 13.
Missione transegerat P. Antonius cura indefessa, animo in cœptis forti & excelso, patientiâ invictâ, morum suauitate, quæ omnia excusaret, omnia perferret, omnia diligeret. Animi demissio illi minimè fucata, parendi studium omnibus numeris absolutum, & ad quæ-

familias omnino quadringentas numerabat. Sacris procurabatur à ſacra Societatis noſtræ expeditione, quam ſancti Ioſephi Miſſionem indigitabamus. Iam dudum inibi firma, atque immota conſiſtebat Chriſtiana religio. Incolarum numerus, atque ſanctitudo magna in dies capiebat incrementa, operâ ac ſtudio Patris Antonij Danielis, qui inter primos hoc ſentibus horrens nouale proſciderat laboribus indefeſſis, offregerat vigilijs, ſudore rigauerat.

2. Quùm anno milleſimô ſex-

ſexcenteſſimo duodequinquageſimo oppidani armis ferendis idonei magnam partem domo abeſſent, alijs nimirum venãdo ſaltus peragrantibus, alijs in expeditionem militarem, quæ tamen improſperè ceſſit, profectis, Iraquani gens fera, & immanis, Huronumque importuniſſimi hoſtes, coacta ſuorum non contemnenda manu in Huroniam irruerunt.

Quarto nonas Iulias incruentâ Deo hoſtiâ litauerat P. Daniel, & vix dum fecerat, cùm ad arma, atque ad propulſandum hoſtem, qui 3.

tacito

tacito agmine, factoque per nocturnam caliginem itinere, inobseruatus superuenerat, conclamatur. Ad hanc vociferationem alij ex æde sacra, quò frequentissimi sub primum solis exortum de more conuenerant, sese proripientes, tela; fugam alij capessere; omnia tumultu, trepidationeque misceri. Pater Antonius illuc ferri, vbi plurimum esse periculi conspicit; suis ad fortiter propugnandum animos subdere, eorumque pectora, tantâ cœlestis eloquentiæ vi pulsare, vt ij, qui in id tempus peruicacissimè Christia-

na

na ſacra reſpuerant, eadem
tunc expeterent, idque tan-
to numero, vt cùm per tem-
poris anguſtias ſingulos de-
inceps luſtralibus vndis tin-
gere non poſſet, conſi-
lium à neceſſitate mutua-
tus, ſtrophiolo frigidæ im-
merſo complures ſimul a-
ſperſerit, miſericordiam i-
teratis vocibus efflagitan-
tes.

Jnterim magna vi, atque 4.
ferociâ ſeſe inferebat ho-
ſtis; at non abſque immor-
tali bono nonnullorum,
quibus extrema parabantur
mala; illos etenim in vltimis
conſti-

constitutos piacularis fons simul abluit, simul cœlo transmisit.

5. Vt Patrem Danielem aduertit præsens oppidi iamiam capiendi periculum, salutem, pro eo ac inuitabatur â multis, fugâ non quæsijt; sed suimet oblito subijt recordatio aliquorum senio, atque ægritudine confectorum, quos diuturna opera Baptismo parauerat. His alijsque procurandis omnia mapalia confestim lustrat, omnes accendit ijs, quibus æstuabat flammis, ipse adeô Gentiles feminæ sua illi pignora offerebant Christo per

per lauacrum regeneranda.

Hæc agente Patre Daniele Iraquani in oppidũ irrumpunt, tugurijs faces ſubdunt, promiſcuâ cæde in omnes debacchantur, cruentarum belluarum ritu, ipſo imbellis ſexus infirmæque ætatis cruore, quem crudeliter fuderant, efferati. 6.

Cum verò Pater Daniel peroptaret in ſuo templo, veluti in ſtatione vitam pro Chriſto Imperatore ponere, illuc ſeſe, peractis, quæ deſtinauerat, refert, complexumque Chriſtianorum, & Catechumenorum turba, ſacrum 7.

crum baptiſma efflictim poſcentium reperit.

Erat enim verò ad id loci deuentum, vbi & illorum preces accendebat fides, & animi à linguâ diffidere nequibant. Quamobrem alios noxis abſoluit; alios aquâ ſalutiferâ abluit, vniuerſos autem beatiſſimæ ſpei implet, ſolatur, & excitat; vix aliud ingeminans, quam hæc verba: Fratres mei hodie: cęleſtem Patriam inibimus.

8. Hoſtes cognito ædem ſacram hominibus eſſe referta, milluc rapido curſu, barbaro cum vlulatu ſicuti adopta-

optatam, paratamque prædam, ac lahienani conuolant. Quibus conſpectis ad ſuos conuerſus Pater; fugite ocyus, inquit, fratres mei, veſtramque vobiſcum portate fidem, meum eſt hanc tenere ſtationem. Quoad ſpes erit, vel vnum Imperatori Chriſto aſſerendi, veſtráue causâ mortem oppetendi, vitæ meæ rationem habebo nullam; nos rurſus iungent Beatorum ſedes. Hæc effatus procedit ipſe, obuiam barbaris; auferente fuga ceteros; ſubſiſtunt paulisper hoſtes, quinimò pedem referunt aliquantum

tùm, attonante illos conſpectu viri, qui vnus tantæ multitudini occurſare non dubitet, vultuque minas, & animos prætoriæ cohortis ſpirare videatur.

9. Demum pudore, rabieq; ſtuporem vincentibus alter alterum excitant, Patrem circumvallant, ſagittis totũ vndique obruunt, ac poſtremo fiſtulam ferream in eum exonerant, mediumque pectus mortali vulnere traijciunt. Ea lethali plaga ſtratus humi Pater Daniel, nomine Iesv inclamato extremum vitæ ſpiritum edidit. Vere bonus Paſtor, qui

animam

animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis.

Vt Patrem procubuiſſe, 10.
vident, tanquam ſigno dato in iacentem ruunt tanto furore, quanto ſi is vnus eſſet, in quem ſuum ipſi auernale odium, atque ſæuitiem exonerare deſtinaſſent. Omnia corporis tegumenta detrahere, nullum petulantiæ genus non exercere, nemo ferè eſſe, qui ex inflicta quãtumuis exanimi corpori plaga laudem, palmamq; non captet; cumq; iam exuſtis pagi tugurijs ſerpens flamma ipſam quoq; ædem ſacram corripuiſſet, in medios ignes

Patris

Patris cadauer, proijciunt, fututum mox gratum Numini holocaustum. Equidem illustriore fato, quàm inter ignes, & lucem ardentis templi defungi non potuit.

11. Barbaris suas in Pastorem iras effundentibus, pars gregis locum fugiendi nacta vitam in tuto collocauit; quam profectò Patris morti acceptam referre debent. Reliqui haud tempestiuè satis discrimini sese eripere potuerunt, præsertim matres nonnullæ, quarum partim succumbebant sarcinæ trium quatuorue liberorum; partim cùm se in nemorum

opaca abdidissent, prodebantur fletu innocentis ætatulæ, quæ quod maximè reformidat malum, id ipsa sibi suis accersit vagitibus, atque eiulatu.

Numerus eorum, qui vnà cum Patre Daniele pars necati, pars in seruitutem nece acerbiorē abstracti sunt, ad septingentos excreuit, mulieres ferè atque pueros. At longè plures vitam, libertatemque fugâ seruauerunt. Eorum haud pauci in hoc nostro sanctæ MARIÆ domicilio asylum quæsierunt, repereruntque. In illos enim erogauimus, quæ 12.

curia

curta ſupellex noſtra nobis ſumminiſtrauit ? Nudos amictu teximus, fame propemodum enectos refocillauimus cibo, fleuimus etiã cum flentibus, atq; inſuper languentium animos meliorum ſempiternorumque ſpę ereximus, contemptis pro Dei gloria, animarumq; ſalute quibusvis periculis, æternorum præmiorum magnitudine pretioſis.

CAPVT

CAPVT II.

NONNVLLA DE P. Antonij Danielis virtutibus perſtringuntur.

ANnos decem & quatuor in ea Huronum 13.
Miſſione tranſegerat,
P. Antonius cura indefeſſa, animo in cœptis forti & excelſo, patientiâ invictâ, morum ſuauitate, quæ omnia excuſaret, omnia perferret, omnia diligeret. Animi demiſſio illi minimè fucata, parendi ſtudium omnibus numeris abſolutum, & ad quæ-

libet agenda, patienda expeditum.

14. Desiderium omnes Christo lucrifaciendi, quo flagrabat, illũ non destituit priùs, quàm vita; hanc mors subita quidem, non tamen improuisa excepit, vtique cum sciret se innumeris, atq; continuis expositum discriminibus, quippe qui nono iam anno loca huius prouinciæ extima, hostiumquę incursationibus maximè obnoxia incoluisset, ardenti cum spe, atq; amore præstolans beatam mortem, quæ illi etiam obtigit ex votis, & ad quam Diuina illum prouidentia ratio-

ratione ſingulari deduxerat.

Non niſi duo abierãt dies, 15.
ex quo generali confeſſione animum emaculauerat, inq; hac Sanctæ Mariæ æde abſoluerat annuam octo dierum aſceſin, quos ſibi ea omnino mente depopoſcerat, vt Deo ſoli vacaret totus, atque ad æternitatis iter viaticaretur. Tanto id temporis cum animi ardore, vehemẽtiaq; ſe Numini in holocauſtum pro eius Diuino nomine Hurones inter propagando, illuſtrandoq; conſecrârat, vt elapſis illis octo diebus, ne dieculæ quidem v-

nius quietem capere voluerit persentiscēs vocari se diuinitùs ad suæ spartæ excolendæ labores, ad quam secum detulit cœlestes illos ignes, quibus mens flagrabat vehementiùs, quàm postmodum corpus, quantumuis in cineres redactum.

16. Auulsus à nobis est, die secunda Iulij, postridie dixit è suggestu, multorumque excepit exomologeses, etiam atque etiam commonens, vt sese ad supremam vitæ diem pararent. Die quarto Iulij in conspectum se dedit hostis, Patre, sicuti supra demonstratum est, primulùm sacris

opera-

operato, atque pro concione ad ſuos Neophytos de perennis vitæ gaudijs, deque illorum, qui in Diuino obſequio occumbunt, beatitate, etiamnunc verba faciente. Erant hæ ſupremæ eius voces, quùm eſſet morti opinione ſua vicinior. Sed omnium moderator Deus ad eam illum tanta cum vitæ ſanctitudine deducebat, quantâ, ſi letho ſe proximũ eſſe certò nouiſſet.

Eſt is omnino primus, qui in Huronia fidem Chriſtianam ſuo ſanguine ſanxit. Natale illi ſolum Dieppa vrbs Galliæ maritima. Pa- 17.

rentes perhonesti, morumque integritate conspicui. Non nisi harum gētium bono videbatur esse natus, nec vlla rei vllius maiore cupidine tenebatur, quàm earum charitate moriendi. Iure nobis sperare videmur, totam prouinciam illo ceu præpotenti ad Diuinum tribunal patrono gauisuram esse.

18. Cęterùm tametsi rationes non desunt, ob quas non nemini fortè videbor consultiùs acturus, prætereundo id, quod mox subijciam, quàm in medium proferendo, quia tamen par est, vt

inde laus Deo referatur, vnde ipsi ea debetur, censui ego rem in luce ponendam.

Bonus hic Pater vni è sacerdotibus nostris se ab obitu bis aspectabilem præbuit, & primùm beato Cœlitum lumine fulgens, virumque triginta vt maximè annos natum referens, cùm tamen eius ętas ad quadragesimum octauum processerit. Præcipua cupido, quæ sacerdotem illum tunc incessit, ea fuit, vt scilicet ex P. Daniele sciscitaretur, quam Deus ob rem famuli sui tam obsequibilis, quique tam fidelem ipsi seruitutem seruiuisset, 19.

corpus indignis adeo modis haberi permisisset, vt ne quidem cinis, qui in vrnam cōderetur, superauerit, cui subiecit Pater: *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*, qui vtique æstimauit probra suo illata seruo, inque eorum vicem ad superos euolanti donauit complures flammis expiatorijs detentos Manes, quos carcere illo eduxit, vt me triumphantis specie cœlos ineuntem stiparent.

20\. Aliàs dissertationi, quam de rationibus Christianam religionem hac in ora propagandi instituebamus; interesse, nobis excelsum suū ani-

animum afflare, & fulgore quo totus non ſecus ac veſte, nitebat, complere viſus eſt.

Vtvt eſt, nobis poſt ſe ſuarum ſpecimina virtutum, & omnibus barbaris etiam à Chriſto alienis tam tenerum Dei impreſſit amorem, verè vt dicere queam; ipſum ad ſe animos omnium, quibus notus erat, traxiſſe, rapuiſſe.

CAPVT III.

QVO STATV RES Chriſtiana in Huronibus fuerit hyeme eiuſdem anni 1648.

21. REdit⁹ Huronicæ classis victricis, quæ proximo vere ad Tres fluuios descenderat, ac prætereà suppetiæ quatuor è nostris Patribus, atque vicenorum Gallorum manipulus, qui secundo numine, primo Septembri hæc loca tenuerunt, fuere diuini in hosce populos studij argumẽtum, & causa salutis multorum, quos Deus cœlo parare constituerat. Cùm enim videremus posse iam à nobis longiùs, latiusque diffundi Euãgelicæ lumen doctrinæ, nostrorum numero ad octodecim aucto, decem & quinq; in

in vndecim diuerſas tribui Miſſiones, ratus teneri me pleroſque omnes mittere citra omnem comitatum, prę-terquam illum, quem prouinciarum illarum tutelares genios promptum, ac fidelem præſtaturos cõfidebam. Patres illos quatuor, qui recens aduenerant è Gallia, operam ſubſidiariam nauare ijs in Miſſionibus, in quibus plurimùm laboris ac ſudoris exantlandum erat, iuſſi, hac quippe ratione & opem ſocijs aliquam ferent, & linguã paulatim condiſcent.

Ex his vndecim Miſſioni- 22.
bus octonæ gentem idioma-

te

te Huronico, reliquæ tres Algonquinenſi vtentem excoluere, vbiq; ſucceſſus vota penè æquauit, ſpem certè ſuperauit, ijs nimirum, qui priùs ferociſſimè refragabãtur, mentem adeò docilem flexilemque adferentibus, facilè vt appareret, in hoc vniuerſo negotio primis ſibi laboris partes reſeruâſſe cœlum, nobis vix ſecundas reliquiſſe.

23. Qui intra anni circulum ad Chriſtiana caſtra tranſiere, ſunt admodum mille & octingenti, in quorum tamē calculos non veniunt longè plurimi, quos P. Antonius

Daniel ſacro fonte tunc luſtrauit, cum oppidum S. Joſephi diriperetur,& quorum iniri numerus non potuit, ſicuti nec illorum, quibus idipſum beneficium P. Ioannes de Brebeuf, & P. Gabriel Lalement præſtiterunt illo die, qui dies fatalis extitit vico S. Ignatij, vt poſtea referemus. Id abundè nobis ſufficit, quòd illos in numeratò habeat Beatorum aula, quando hi baptiſmi eam locupletarunt,& ciuibus auxerunt.

Nec dum compertus nobis eſt ſucceſſus nouæ Miſſionis, 24.
quam in Algonquinenſi prouincia

vincia hinc ſexaginta ferè leucas diſſita auſpicati ſumus, autumno proximè elapſo. E Patribus vnus illuc ablegatus fuit, vt, cum ea gente, quæ iam pluribus abhinc annis noſtram diſciplinam efflagitauerat, hyemem exigeret. Nil dũ omnino de eo cognoſcere potuimus, & ſi iam o-actu⁹ menſis effluxit, ex quo nobis valedixit. Nos equidem non dubitamus, quin multa ipſum perpeti, ac perfungi neceſſe ſit; at non modicam inde voluptatem hauſimus, quòd nemini noſtrũ obſcurum ſit, rerum arduarum, ac difficilium perpeſ-

ſionem

ſionem fuiſſe vbique illud pretium, quo veluti lytro gentes barbaræ Chriſti imperio aſſertæ ſunt. Habent illi Algonquinenſes in inſula, ſexaginta leucas ambitu continente, intra noſtrum magnum lacum, ſeu mare dulce, in occidentem vergenti, eſtque illi nomen Ekcaentoton, â quo etiam incolæ appellationem traxêre, nos inſulam ſanctæ Mariæ nuncupauimus.

Miſſio Conceptionis vt omnium antiquiſſima, ita etiam maximè maturos cęlo fructus produxit, tamq; altè imbibit, ac moribus ſuis exprimit 25.

primit

primit Religionis Christianæ dogmata, vt in omnium accolarum exactam ideam euaserit; qui ex eius viuendi ratione didicerunt, quanta vi Religio nostra polleat in gentem quamquam barbaram, vbi suaui illius iugo ceruicem subiecerit. Feminæ perinde ac viri, ipsaq; adeo infirma ætas tam illustribus documentis prodidêre, quales ipsi ad extremum vsque anhelitum esse velint, vt nationes, alio illos nomine quã Christianę gentis non appellitârint.

26. Reipsa illorum Magistratus, quos Centuriones vocant,

cant, ſtrenuam in fide fulcienda, propagandaque operam poſuerunt, atque omnes vniuerſim familiæ eam tanto numero ſunt amplexę, vt cum inter ipſos non niſi pauculi quibuſdam ſuperſtitionibus peruicaciter inhærerent, nullos ex eornm priſcis ritibus, qui vel impietatis reliquiæ, vel bonis moribus detrimentoſi forent, tolerauerint.

Prima hyeme generalia, vt vocant, comitia eò indixere, vt de modis, ac rationibus veræ Religioni conſtabiliendæ opportunis diſceptarent. Dictis ſententijs, 27.

factum

factum eſt ſenatus conſultũ, quo ſtatuebatur conuenien-dum eſſe Patrem, qui illam Miſſionẽ moderatur, eumq; ampla inſtruendum poteſtate, radicitùs exſtirpandi ritus omnes, qui ſacroſanctis legibus aduerſantes inter eos vigerent; ex adiaphoris autem reſecandi id, cuius vſus aliquam bonis moribus labem adferre poſſet; ſe illi dicto audientes fore, non ſecus ac Diuini numinis interpreti, ſuoque proinde anteſignano. Nec minora verbis fuere facta. Quoties dubium quodpiam oboriebatur, Centuriones ad Patrem

adibant, eiusque mandata exquirebant.

28. Cum appetente vere nonnulli ex gentilibus obstinatiore animo in sua impietate persistentibus decreuissent pellendo, nescio cuius fæminæ morbo adhibere pharmaca, in ipsius quidem Veneris officina paranda, ita tamen magni in vulgus æstimata, vt virgines sibi honori ducant, si eius rei causa suam pudicitiam prostituant, neminem vnam reperire fuerit, quæ in flagitium consentiret. Quidam accolarum Centuriones à Christo alieni accersiti fuerant, vt propudiosum

dioſum hoc conſilium ſua autoritate, verbiſq; promo-uerent ſed domum repedâruntrubore pleni, poſtquam vtique omnium animos ob eiuſmodi obſcœnitate prorſum abhorrentes, atque aures ſoli cœleſti diſciplinæ patulas deprehenderunt.

29. Eâdem in Miſſione erat octogenarius ſenex, qui rem omni memoriâ dignam perpetrauit. In ludicro publico, vti moris eſt, vt militibus, furore quodã Martiali percitis, fas ſit diffringere amicas mapalium fores, non ſecus ac ſi in capta vrbe ferirentur hoſtiles, euenit, vt e

prima-

primarijs Idololatris vnus quiſpiam, vltionẽ, ſicut creditur, ſumpturus de Chriſtianis, à quibus repulſam aliqua in re, vtpote legibus interdicta tulerat, conſtituerit perfringere ſacræ ædis oſtiũ, atque arborem, è qua pendebat æs campanum, ad ſacra ciens Chriſtianos, exſcindere. Quò ſecuriùs meditatum facinus perageret, vnum ex altero mapale penetrabat, atque lymphatus cantabat, eſſe ſibi in ſomnis imperatum, vt Francorum campanam deturbaret, indicare nimirum volebat fore crimen antehac inauditũ,

mor-

morteque piandum, si quis sese sustineret opponere illius executioni rei, quam per somniorum visa demandatam publicitùs edixisset.

30. Vt bonum illum senem aduerterunt hæ minæ, mox Numini adorato victimam se offert, mortem subiturus potiùs, quàm vt id genus sacrilegium, quod in religionis Christianæ probrum susci-piebatur, permittat. Atque vbi inconditum Barbari, qui securi in altum elatâ, vt eam in arborem vibraret, aduentabat, murmur exaudijt, sese medium, arborem inter, furentique similem statuens,

ſatius eſt (inquit,) medium mihi caput diffindi ferro, quàm Deo ſacratas ædes feriri. Obſtupeſcit ad hoc ferociens Barbarus; at ſenex, minimè verò, inquit, iſtud, propalàm ꝓfiteor haud petere me, mea vt cædes cuiuſquam ſanguine vindicetur, nec Gentilium cœtus, nec is, qui me mactârit, vllas propterea pœnas dato; hoc enim verò ferre non poſſum vt domus, in qua Deum deueneramur, ita profanetur, & vox, quæ ad eum adorandum nos aduocat (ita æs campanum indigitabat) deijciatur. Paganus ille, cui, ſi

auitas

auitas consuetudines respiceret, mors oppetēda potiùs, quam à cœptis desistendum erat, velut in marmor diriguit, capularis obstupefactus constantiâ senis.

CAPVT IV.

REFERVNTVR nonnulla primæ ætatulæ mira dicta, factaq;.

31. APud reliquas Missiones plus exempla Christianorum è S. Iosephi missione petita, quàm verba nostra

nostra valuere. Et minimè dubium est ipsos applausisse Cœlites, contuitos Christianam Religionem in his omnibus locis esse honori, & eo nomine gloriari Christianos, quod paucis abhinc an̄is dehonestamento erat, atque dedecori. Ego quidem nunquam adduci potuissem, vt crederem, me post quinquaginta annorum cultionem, visurum vel decimam eius pietatis, sanctitatis, virtutis partem, quarum sum factus testis oculatus omnibus hisce, quæ lustraui, locis medios inter gentiles. Mirificam animo persensi volup-

tatem, dum arbitrabar Christianorum, nondum orto sole, ac vesperi diurno labore exsudato ad publicas preces concursantium pietatem; quam strenuè æmulantur puerùli ac puellæ, assueti iam in tenera hac ætate suas Deo molestias, dolores, minutósque labores dicare. Sæpe fit, vt cùm puellulæ rus petunt, ligna inde reportaturæ domum, præcipuæ animi relaxationis loco ducant, Reginæ cœli coronas precando texere, & ita quidem, vt sancta æmulatione conentur singulæ reliquis palmam eo in genere præripere,

pere, illaque demum lætitijs incedat, quæ sæpius ac cæteræ sertum Virgineum orando percurrerit. Illud autem omnium maximè sum miratus, quòd fidei Christianæ vis, & sensus ita altè penetrauit eorum præcordia, quos vulgo olim Barbaros vocabamus, sanctè vt confirmare ausim, in permultis à diuina gratia sopitos esse pauores, cupidines, gaudia, & alias id genus animi perturbationes.

Puerulus sexennis in S. Michaelis Missione grauissimo morbo conflictatus, 32.

contuitusque matrem oppidò illachrymantem, quid, inquit, mater, ita fles? tuæ lachrymæ sanitati me non restituent; quin potiùs vnà precamur Deum, me vt æterna beatitate donet. Exinde aliquot precatiunculis, Fili mi, ait mater, te ego ad S. Mariam deferre volo, tuã vt Galli ægritudinem depellant. O mater, subdit innocens illa animula, caput meũ ardens depascitur ignis, putas eum restinguent illi? nulla me vitæ cura ampliùs sollicitat, omnem & tu mei curam ponito; te commonebo, vt mortem præ foribus

esse cognouero, teq; id temporis rogabo, vt me ad S. Mariam deferas, illic enim mori, & cum præcellentibus Christianis tumulari cupio.

Et vero aliquot diebus 33.
pòst, matrem de instante obitu commonefecit paruulus, dictitans aduenisse diẽ, quo die ad S. Mariam sit gestandus. Credit filij vaticinio mater, & quoniam longo vsu receptum est, vt cum quis in vltimis esse creditur, ad solemne epulum inuitentur tum propinqui, tum primores, ad centum numero ferè ascendente, struit ipsa quoque conuiuium, palàm fa-

ctura sui Filioli erga veram Religionem animum minimè puerilem. Qui conspicatus ea, quæ ad epulum parabantur, vis inquit, mea genetrix, vt in extrema vitæ linea constitutus scelus in Deum admittam? nuntium mitto omnibus patrijs superstitionibus, mori volo, vt bonum Christianum decet. Putabat minutulus hic angelus eam apparandarum dapum consuetudinem esse ritibus sacris aduersam, nec potuit induci, vt matri quantumuis religiosissimæ feminæ fidem adhiberet, donec ex Patre, qui Missionem moderatur,

ratur, intellexit omnem abesse superstitionem.

Subinde ad nos deportat⁹ 34.
nostris ex ulnis ad superos euolauit, precabundus ad extremum vsque spiritum, atque identidem repetens, se rectà in cœlum iturum, seque pro nobis supplicaturum. Quin ex matre sciscitatus est, ecquinam sanguine iunctorum essent, pro quibus præcipuè à se orari oporteret, postquam ad Deum peruenisset? Suas enim preces omni dubio procul pondus habituras. Vatem fuisse monstrauit euentus. Paulo enim post

eius obitum, vnus patruorum, qui omnium peruicacissimè nostra sacra respuerat; vnaque itidem matertera à nobis sacra dogmata edoceri voluêre, & ad nostra castra transiêre.

35. Puella non maior quinquenni è S. Ignatij Missione, solitabat manè & vespere ad Deum preces fundere, tamque cõstanter eum morem, obnitentibus necquidquam parentibus Idololatriæ addictis, perseuerauit, vt ei sacrum lauacrum negare nequiuerimus, cum feruor fidei abundè suppleret defectum annorum eò necessariorum

riorum, vt de ſe ſtatuere poſſet in negotio, in quo ſibi plus Iuris gratia vendicat, quàm natura.

Aliquantò pòſt morbo 36
corripitur puellula, parentes actutùm accerſunt magum, aſſerit hic ægritudinem eſſe à dæmone quopiam ei immiſſam, nec alia ratione pellendam, quàm oblato Filiolæ certo corporis ornamentorum genere; quo illa ætas mirificè capitur. Confeſtim exclamat puellula, ſe Chriſtianam eſſe, dæmonem nil in ipſam Iuris habere, ſe in ſcelus, quod parentes admiſerint conſulendo cacodæ-

mones, haud conſentire; nolle ſe horum ope frui, vnum Deum ſibi medicaturum, excederet inde impoſtor. Hæc enimverò obiurgatio parentes, & cęteros qui aderant, in magnam rapuit admirationem, iuſſeruntque exeſſe præſtigiatorem illum, ne Filiolæ dolorem augeret.

At creuit admiratio, poſtquam vtique infans eo ipſo die palàm vaticinata eſt, ſuam, ſi ad templum deferretur, certo inſtaurandam valetudinem, vti reipſa euenit. Qua de cauſa parens vterq; Filiolæ religionem amplecti non dubitauerunt.

37. Adoleſcentula quindecim annos nata, lectiſſimæ reliquas inter indolis, etiamnum catechumena, extrema hyeme anni ſuperioris in ſeruitutem fuerat abrepta. Erant ei mater & ſoror præſtantis in Deum vtraque pietatis; quæ nil aliud lamentabantur, quàm ſororis nondum luſtralibus vndis ablutæ ſeruitutem. Sed nec ipſa ſe deſerebat, quin immò perſæpe Deum hiſce vocibus cōpellabat: mi Deus, & Deus matris ac ſororis meæ, quæ tui liquidiorem, quàm ego notitiam hauſerunt, quæque tibi tam fidelem ad-

hibent

hibent cultum, miserere mei; nondum tibi sum per baptismum renata; eius me compotem gratiæ fac, priusquam è vita decedam. Die quopiam versabatur in agro, quem tritico Indico conserebat, iussu Heri, cum ecce ad eius aures allabitur cœleste melos, Angelorum modulos Horarum vespertinarum, quos aliàs audierat, æmulantium. Vertit se in omnem partem hos visura Orpheos, quos putabat esse homines Gallos. At cùm nil cerneret, in genua prouoluta fit Deo supplex moxque sentit animum excitari spe

eua-

euadendi miſeram ſeruitutem, cum tamen nulla eius rei ſeſe offerret ratio. Aliquot diebus poſt eâdem obſectata muſicâ, ſe vti nuper in genua deijcit, & eandem ſibi fiduciam creſcere animaduertit. Demum vbi tertiùm iidem moduli fuerunt iterati; eadem ſpes roborata, ſe Numini & viæ prorſus ignotæ committit, vt patriam repetat; & id quidem ſine commeatu vllo; vno comite Deo, qui ſpatio 80 Leucarum ſaluam & incolumẽ huc deduxit. Nos protinus obteſtata, vt ſe ſacro fonti admoueremus; votiq; compotem

potem fecimus; postquam cognouimus, quanta illam cura supremus Dominus cõplecteretur, quanto amore prosequeretur eandem. Recta hanc sanctæ Mariæ sedem petierat, tametsi breuiore itinere ad pagum, in quo paterni lares, deferri poterat. Post id locorum plurimùm in pietate promouit; nec finem vllum Diuinas miserationes deprædicandi facere potest. Cum adhuc seruitium toleraret, crebrò ad id solicitata fuit, quod absq; flagitio committere non poterat. Nec vnquam eo adigi potuit, vel fingeret se ad sce-

lus paratum; vt proinde cū impudici lenones à ſe operam perdi viderent, non ſemel de illa necanda conſilium ceperint; quam ea necem æquo præſtolabatur animo, mori quàm criminis labem cõtrahere præoptans.

Finem huic capiti imponere non poſſem, ſi omnia commemorare vellem Diuinæ erga hoſce ſilueſtres homines gratiæ argumenta, & effecta, quæ nos quotidie demiramur, & ob quæ olim inter Beatas illas Mentes largiſſimam Dei manum abſq; fatigatione vel faſtidio vllo celebrabimus. 39.

Illud

40. Illud tamen præterire nequeo, videlicet Christianos esse vniuersim ita affectos, vt amissis liberis, coniugibus, parentibus, omni re domesticâ, in ipso exilij procinctu multi illorum Deum ita alloquantur: mi Deus sis benedictus, hasce detrimentosas clades ægrè ferre nequeo, quando me Fides docet, amorem, quo Christianos prosequeris, non in caducorum, sed æternorum largitione bonorum consistere. Te in extremis meis malis, si vnquam aliàs per omnem vitam, laudo, prædicoque; Tu enim pater meus

bsiii es,

es, mihiq́ue, vt excelſo animo feram, quidquid aduerſi euenire poteſt, ſufficit ſcire, me amari abs te.

Id autem in his omnibus 41. ſingularem mihi admirationem adfert, quod in tam eximios virtutum actus non erumpant cunctabundi, laxatis fortè prius aliquantiſper prauæ cuipiam appetitioni habenis; ſed Diuina illos gratia præueniat, atque primis animi motibus ita potenter dominetur, vt incitatiore ſtudio in bona immortalia quàm peritura ferātur. vt mirifica hæc res Deo ſit ſempiternæ laudi votiemus exoptamuſq;.

CA-

CAPVT V.

MENSE MARtio anni 1649. capiuntur oppida Mißionis S. Ignatij, igne necantur Christiani; sentitur patrocinium sancti Iosephi.

42. AVgebatur in dies Christiana Religio, hisce populis prolixè fauente Cœlo; cùm Deus, cuius Numen atque consilium fide potiùs, & silentio adorare, quàm argumentis, ac disputationibus indagare homini fas est occasionem inde

gloriæ

gloriæ ſuæ, tametſi nobis per quam grauem, aperuit.

Dies XXVI. Martij anni 1649. dedit initium noſtræ calamitati; ſi dici tamen calamitas debet, quæ multis obtulit ſalutē ſempiternam. 43.

Iraquani Huronum hoſtes numero circiter mille armati, & pleriq; fiſtulis ferreis, quas ab Hollandis fœderatis habent, huius prouinciæ fines ſilentio noctis attigerunt, nemini cognito eorum aduentu, quamuis iam tum in autumno domo diſceſſerint. Hyeme in ſiluis tota venatibus exactâ, difficillimum per niues iter

leucarum

leucarum ducentarum fecerunt, vt nos opprimerent. De nocte igitur explorauêre conditionem loci primisque designauerant. Is cinctus erat palis pineis, quindecim sedecimue pedes altis, profundaque fossâ; vndiqueversum hunc locum egregiè muniente naturâ; nisi quà per exiguum spacium facilior aditus aperiebatur hosti. Illac irrupit hostis primâ aurorâ, tam inobseruatus, ac celer, vt potitus antè loco fuerit, quàm arma corriperentur, omnibus alto sapore mersis, nullaque turbatis colligendi sese relictâ morâ.

Atque

Atque ita oppidum illud captum fuit, ferè sine sanguine, cùm ex Iraquanis non nisi decem ceciderint, Hurones verò vniuersi, viri, vxores, liberi, pars, in vestigio sint obtruncati; pars capti, atq; ad tormenta morte acerbiora reseruati.

Tres duntaxat viri per niues euasere seminudi, qui classicum simul atque terrorem in proximum oppidũ propagârunt, vnâ circiter leucâ, seu horæ spatio à priore distans. Id oppidum à S. Ignatio dicebatur, quod ab ineunte hieme incolarum plerique deseruerant, metu 44.

ac

leucarum ducentarum fece-
runt, vt nos opprimerent.
De nocte igitur explorauêre
conditionem loci primi; quẽ
deſignauerant. Is cinctus e-
rat palis pineis, quindecim
ſedecimúe pedes altis, pro-
fundaque foſsâ; vndique-
verſum hunc locum egregiè
muniente naturâ, niſi quà
per exiguum ſpacium faci-
lior aditus aperiebatur ho-
ſti. Illac irrupit hoſtis primâ
aurorâ, tam inobſeruatus, ac
celer, vt potitus antê loco
fuerit, quàm arma corripe-
rentur, omnibus alto ſapore
merſis, nullaque turbatis
colligendi ſeſe relictâ morâ.

Atque ita oppidum illud captum fuit, ferè sine sanguine, cùm ex Iraquanis non nisi decem ceciderint, Hurones verò vniuersi, viri, vxores, liberi, pars, in vestigio sint obtruncati; pars capti, atq; ad tormenta morte acerbiora reseruati.

Tres duntaxat viri per niues euasere seminudi, qui classicum simul atque terrorem in proximum oppidū propagârunt, vnâ circiter leucâ, seu horæ spatio à priore distans. Id oppidum à S. Ignatio dicebatur, quod ab ineunte hieme incolarum plerique deseruerant, metu 44.

ac

ac providentiâ discrimen anteuertentium; vt adeo clades intra mediocritatem ferè consistens vltra quadringenta capita non sæuierit.

45. Non stetit illic hostis, sed victoriam prosecutus nondum orto sole instructa acie adest ad oppidum S. Ludouici, palorum sepe perquàm firma munitum, illud, vi atque impressione euertendum. Vix emigrarat imbellis mulierum iuuenumque turba, Iraquanorum aduentantium excita rumore. Quibus plus animi erat, ij numero fere octoginta, certi se defendere,

fendere, ſemel atque iterum hoſtilem irruptionem repulere, occiſis audaciſſimorum quorumque triginta, ſauciatis pluribus. At poſtquam Iraquenſes palorum ſepem illam laxauere ſecuribus, viamque ſibi atque aditum aperuere, tum demum numero virtus ceſſit.

Sub horam nonam antemeridianam è domu noſtra S. Mariæ flammam illius oppidi ædes abſumentem proſpeximus. Eò quippe victor hoſtis ingreſſus vaſtarat omnia, proiectis in medios ignes ſenibus, ægris, pueris puelliſque, 46.

quibus

quibus euadendi facultas nulla; illis præterea, quos accepta vulnera retinebant, quò minùs captiuorum turbam sequerentur. Illas flammas, mistúmq; fumum conspicati, facilè quid subesset, coniecimus, cum id oppidum vltra leucæ spatium à nobis haud distaret. Christiani duo, qui incendium effugerant, sub idem tempus aduenientes, nobis rem exposuêre.

47. In eo S. Ludouici oppido erant id temporis è *nostris* Patribus duo, P. Ioannes de Brebeuf, & P. Gabriel Lallement, qui procurabāt quin-

quē

que oppidula ſat vicina, quæ conficiebant, Miſſionem vnam ex illis vndecim, de quibus paulò ſuprà docuimus, nobis à S. Ignatio dictam. Hos Patres, Chriſtiani quidam rogauerant, vitam vt ſuam maiori diuinæ gloriæ ſeruarent. Et erat hoc eis factu perinde promptum, atque illis plusquam quingentis, qui primo tumultu eruperant, ſat temporis nacti, quoad tuta reciperent ſeſe; niſi ardor mentis ad Numen in præſens ſibi glorioſius demerendum obſtaret, queiſque crediti gregis ſalute nihil erat antiquius,

hibent cultum, miserere mei; nondum tibi sum per baptismum renata; eius me compotem gratiæ fac, priusquam è vita decedam. Dic quopiam versabatur in agro, quem tritico Indico conserebat, iussu Heri, cum ecce ad eius aures allabitur cœleste melos, Angelorum, modulos Horarum vespertinarum, quos aliàs audierat, æmulantium. Vertit se in omnem partem hos visura Orpheos, quos putabat esse homines Gallos. At cùm nil cerneret, ingenua prouoluta fit Deo supplex moxque sentit animum excitari spe

eua-

euadendi miſeram ſeruitutem, cum tamen nulla eius rei ſeſe offerret ratio. Aliquot diebus poſt eâdem oblectata muſicâ, ſe vti nuper in genua deijcit, & eandem ſibi fiduciam creſcere animaduertit. Demum vbi tertium iidem moduli fuerunt iterati, eadem ſpes roborata, ſe Numini & viæ prorſus ignotæ committit, vt patriam repetat; & id quidem ſine commeatu vllo, vno comite Deo, qui ſpatio 80. Leucarum ſaluam & incolumẽ huc deduxit. Nos protinus obteſtata, vt ſe ſacro fonti admoueremus; votiq; compotem

potem fecimus; poſtquam cognouimus, quanta illam cura ſupremus Dominus cõplecteretur, quanto amore proſequeretur eandem. Recta hanc ſanctæ Mariæ ſedem petierat, tametſi breuiore itinere ad pagum, in quo paterni lares, deferri poterat. Poſt id locorum plurimùm in pietate promouit; nec finem vllum Diuinas miſerationes deprædicandi facere poteſt. Cum adhuc ſeruitium toleraret, crebrò ad id ſolicitata fuit, quod abſq; flagitio committere non poterat. Nec vnquam eo adigi potuit, vel fingeret ſe ad ſce-

lus

lus paratum; vt proinde cũ impudici lenones à se operam perdi viderent, non semel de illa necanda consilium ceperint; quam ea necem æquo præstolabatur animo, mori quàm criminis labem cõtrahere præoptans.

Finem huic capiti imponere non possem, si omnia 39.
commemorare vellem Diuinæ erga hosce siluestres homines gratiæ argumenta, & effecta, quæ nos quotidie demiramur, & ob quæ olim inter Beatas illas Mentes largissimam Dei manum absq; fatigatione vel fastidio vllo celebrabimus.

40. Illud tamen præterire nequeo, videlicet Chriſtianos eſſe vniuerſim ita affectos, vt amiſſis liberis, coniugibus, parentibus, omni re domeſticâ, in ipſo exilij procinctu multi illorum Deum ita alloquantur: mi Deus ſis benedictus; haſce detrimentoſas clades ægrè ferre nequeo, quando me Fides docet, amorem, quo Chriſtianos proſequeris, non in caducorum, ſed æternorum largitione bonorum conſiſtere. Te in extremis meis malis, ſi vnquam aliàs per omnem vitam, laudo, prædicoque; Tu enim pater meus

es, mihíque, vt excelſo animo feram, quidquid aduerſi euenire poteſt, ſufficit ſcire, me amari abs te.

Id autem in his omnibus 41.
ſingularem mihi admirationem adfert, quod in tam eximios virtutum actus non erumpant cunctabundi, laxatis forte prius aliquantiſper prauæ cuipiam appetitioni habenis; ſed Diuina illos gratia præueniat, atque primis animi motibus ita potenter dominetur, vt incitatiore ſtudio in bona immortalia quàm peritura ferãtur. vt mirifica hæc res Deo ſit ſempiternæ laudi vouemus exoptamuſq;. CA-

CAPVT V.

MENSE MARtio anni 1649. capiuntur oppida Mißionis S. Ignatij, igne necantur Christiani; sentitur patrocinium sancti Iosephi.

42. AVgebatur in dies Christiana Religio, hisce populis prolixè fauente Cœlo; cùm Deus, cuius Numen atque consilium fide potiùs, & silentio adorare, quàm argumentis, ac disputationibus indagare homini fas est occasionem inde

gloriæ

gloriæ ſuæ, tametſi nobis per quam grauem, aperuit.

Dies xxvi. Martij anni 1649. dedit initium noſtræ calamitati, ſi dici tamen calamitas debet, quæ multis obtulit ſalutẽ ſempiternam. 43.

Iraquani Huronum hoſtes numero circiter mille armati, & plerią; fiſtulis ferreis, quas ab Hollandis fœderatis habent, huius prouinciæ fines ſilentio noctis attigerunt, nemini cognito eorum aduentu, quamuis iam tum in autumno domo diſceſſerint. Hyeme in ſiluis tota venatibus exactâ, difficillimum per niues iter

leucarum

leucarum ducentarum fecerunt, vt nos opprimerent.
De nocte igitur explorauêre conditionem loci primiſque deſignauerant. Is cinctus erat palis pineis, quindecim ſedecimue pedes altis, profundaque foſsâ; vndiqueverſum hunc locum egregiè muniente naturâ; niſi quà per exiguum ſpacium facilior aditus aperiebatur hoſti. Illac irrupit hoſtis primâ aurorâ, tam inobſeruatus, ac celer, vt potitus antè loco fuerit, quàm arma corriperentur, omnibus alto ſapore merſis, nullaque turbatis colligendi ſeſe relictâ morâ.

Atque

Atque ita oppidum illud captum fuit, ferè sine sanguine, cùm ex Iraquanis non nisi decem ceciderint, Hurones verò vniuersi, viri, vxores, liberi, pars, in vestigio sint obtruncati; pars capti, atq; ad tormenta morte acerbiora reseruati.

Tres duntaxat viri per niues euasere seminudi, qui classicum simul atque terrorem in proximum oppidũ propagârunt, vnâ circiter leucâ, seu horæ spatio à priore distans. Id oppidum à S. Ignatio dicebatur, quod ab ineunte hieme incolarum plerique deseruerant, metu 44.

ac

ac providentiâ discrimen anteuertentium; vt adeo clades intra mediocritatem ferè consistens vltra quadringenta capita non sæuierit.

45. Non stetit illic hostis, sed victoriam prosecutus nondum orto sole instructa acie adest ad oppidum S. Ludouici, palorum sepe perquàm firma munitum, illud, vi atatque impressione euertendum. Vix emigrarat imbellis mulierum iuuenumque turba, Iraquanorum aduentantium excita rumore. Quibus plus animi erat, ij numero fere octoginta, certi se defendere,

fendere, ſemel atque iterum hoſtilem irruptionem repulere, occiſis audaciſſimorum quorumque triginta, ſauciatis pluribus. At poſtquam Iraquenſes palorum ſepem illam laxauere ſecuribus, viamque ſibi atque aditum aperuere, tum demum numero virtus ceſſit.

Sub horam nonam antemeridianam è domu noſtra S. Mariæ flammam illius oppidi ædes abſumentem, proſpeximus. Eò quippe victor hoſtis ingreſſus vaſtarat omnia, proiectis in medios ignes ſenibus, ægris, pueris puelliſque, 46.

quibus

que oppidula ſat vicina, quæ conficiebant, Miſſionem vnam ex illis vndecim, de quibus paulò ſuprà docuimus, nobis à S. Ignatio dictam. Hos Patres, Chriſtiani quidam rogauerant, vitam vt ſuam maiori diuinæ gloriæ ſeruarent. Et erat hoc eis factu perinde promptum, atque illis plusquam quingentis, qui primo tumultu eruperant, ſat temporis nacti, quoad tuta reciperent ſeſe; niſi ardor mentis ad Numen in præſens ſibi glorioſiùs demerendum obſtaret, queiſque crediti gregis ſalute nihil erat antiquius,

mortem in eâ causâ, quàm vitam mallent. Omnia temporis illius momenta expendebant, velut omnium pretiosiſſima, quibusvnquam frui contigit. Alter quo loco certamen maximè feruebat, Catechumenos ſalutari fonte tingere, alter Neophytos à peccatis abſoluere, animare Chriſtianos, & cohortari ad conſtantiam vterq;. Quorum quidem fides & amor erga Patres ac Paſtores ſuos haud aliàs ardentior fuit.

48. Quidam paganus cum videret omnia deſperationi proxima, ſermonem inijcere de fuga capeſſendâ cœpit.

Huic

Huic consilio vehementer intercessit vnus è Christianis, cui nomen Stephanus Annaotaha, inter suos celebratus admodum ob animi robur, atque res belli prosperè fortiterque gestas. Prô nefas! inquit, num hosce bonos Patres, qui pro nobis discrimini obiecere vitam, destituemus? eorum pro salute nostra studium certam ipsis mortem offeret; neque enim iam per niues licet suâmmet eis salutem quærere. Quin igitur vnà cum illis morimur, vnamque constantiæ mercedem cœlum capimus?

49. Hic vir paucis antè diebus annorum omnium culpas exposuerat sacerdoti, venturi discriminis præsagax, optareque testatus, vti mors eum cœlo paratum deprehenderet. Et verò tam insolitum mentis ardorem præ se ferebat, quemadmodum & ex reliquis Christianis multi, vt satis celebrare non possimus prouidentiam Dei erga tot prædestinatos, quorum singula vitæ mortisque momenta ex æquo gubernat.

50. Atque hi Christiani ferè omnes in hostium manus venêre viui, eumque ijs nostri

ſtri duo Patres; huius paſto-
res eccleſiæ. Non è veſtigio
necati fuere, hoſtilem ſæui-
tiã tantiſper differente Deo,
dum coronæ illuſtrioris af-
fulgeret occaſio; qua de re
loquemur poſtea.

Expugnato igitur atque in
cineres redacto S. Ludouici
oppido, Iraquenſes rediere
ad munimenta ſua in oppi-
do S. Ignatij, vbi reliquerant
magnum præſidium, quoq;
ſe in ſequiore caſu recipe-
rent, ſepoſitâ ibidem anno-
nâ, quæ & ex hauſtis ſolatiũ
foret, & viaticum redeunti-
bus.

Sub eiuſdem diei veſpe- 51.

rani misêre duos, qui ſtatum noſtræ Domûs ad S. Mariæ explorarent. Qui cùm ad ſenatũ bellicum retuliſſent, quæ viderant, decretum eſt, vt poſtero die manè peteremur armis. Victoriam glorioſiorem omnibus, quas vnquam antea retulerant, ſibi pollicebantur. Stabamus nos non armis modò, ſed etiam animis ad reſiſtẽdum parati; neq; vllũ è Gallis videre fuit, cui nõ ante vitam eſſet cauſa moriendi. Religio, & Chriſtianiſmus his in locis agebatur, quem conſeruari ad Dei gloriam pertinebat; vnde maiorem quoq; in eo fiduciã ponebamus. In

Interim pars Huronum, quos vocant Atinniaoenten, (id eſt, gentem, quæ vrſum præferat in inſignibus) correptis repente armis 17. Martij, numero trecenti, qui maiores ſuppetias opperiebantur, primô diluculò, tacito agmine ſtabant in inſidijs, vt aliquos hoſtium manipulos de improuiſo opprimerent. 52.

Iraquani circitèr ducenti, qui ab exercitu receſſerant, vt præirent, noſtramq; Domum priores aggrederētur, nonnullos ex Huronum præcurſoribus, de quibus memoratum, obuios habuere.

Quos post aliquam velitationem auersos in fugam; fortiter insecutus hostium manipulus in conspectum vsque munitionum nostrarum, multos ex ijs in tumultu peremit inter niues. At cùm animosiores fortiter opponerent se hosti, eò superiores euaserunt, atque in oppidi S. Ludouici septa compulerunt, captis ad triginta.

53. Vbi maior exercitus pars suorum cladem accepit, impetu ruit in nostros, qui victoriam prosequebantur. Erant hi delecti ex oppido Conceptionis; ac præterea

non-

nonnulli è S. Magdalenæ. Et quamquam numerus intra centum, & quinquaginta ſtetit, non tamen animis conciderunt. Dant ſeſe in preces, atque inde ſuſcipiunt defenſionem loci; qui cùm nuper captus receptusque fuiſſet, non poterat ampliùs ſine temeritate defendi. Atrox hinc atque illinc ortum prælium, noſtris, etſi numero pauciores erant, crebras eruptiones facientibus, hoſtemque non ſemel ſubmouentibus. Sed cum conflictus duraret in multam noctem, & è Chriſtianis non niſi viginti, & illi maximam

partem vulneribus debiles ſupereſſent, victoria ſtetit à parte peiori. Quæ tamen & ipſis magno vtique conſtitit, poſtquam & dux eorum grauiter ſauciatus, & è fortiſſimis quibuſque propemodum centum in conflictu periere.

54. Dehinc tota nocte Galli noſtri armis accincti ſteterunt, hoſtem victorem ad noſtras portas præſtolantes. Nos preces repetimus, in quibus vnis fiduciæ iam noſtræ anchora defixa erat, cùm aliunde quàm è cœlo nobis nullæ lucerent ſuppetiæ. Pridie eius diei, qui ſacer eſt S. Ioſe-

Iosepho, qui huic regioni tutela præest, ad tam potentem Patronum cliente cultu confugiendi non tantùm facultatem, sed etiam necessitatem nobis oblatam esse censuimus. Voto igitur nos obstrinximus, vt Sacerdotes quot mensibus per annum sacris semel in eius honorem operaremur. Et quotquot aderant, addidere votiuæ pęnitentiæ opera varia. Quod vtrimque factum propterea, vt nos sanctiùs diuinæ volũtati offerremus, siue viuendũ nobis, siue moriendum esset, cõsiderãtib⁹ nos veluti victimas Dño nostro cõsecratas, obliga-

obligatasque, quæ opperiantur horam, quâ horâ eius gloriæ ac nutui cadant, eam nec retardando neque accelerando. Tota dies magno vtrímque silentio acta, trepidante populo, nouamque calamitatem prætimente.

55. Die 19. sanctissimi Iosephi natali, subitus pauor hostilem exercitum inuasit, alijs confusè recedentibus, alijs nil nisi fugam meditantibus. Eorum duces coacti cedere pauori, qui eos corripuerat. Discessum igitur præcipitat, confestim præire iussa parte captiuorum, qui non secus

quam

quam equi clitellarij; spolijs eorum supra vires onerati agebantur, atque in aliud tempus morti seruabantur.

Reliquos captiuos, quos pari supplicio destinauerant, ad columnas humi depactas, & in diuersis tugurijs dispositas alligarunt. Ipsis autem tugurijs vndique subdidere faces suo in abitu, vt eminus partim oculos, partim aures crudeli voluptate pascerent. Miserabili eiulatu atque clamore personabant illæ victimæ medijs in flammis, in quibus liberi ad matris latus, maritus iuxta vxorem assabatur. Ipsa crudelitas commisc- 56.

miſeratione mota fuiſſet eo ſpectaculo, in quo nihil erat humanum præter, innocentiam eorum, qui cruciabantur, maximam partem Chriſtiani.

Huius immanitatis nuntium anus quædam medio ex buſto erepta pertulit, ad oppidum S. Michaëlis vbi 700. pugnæ ſtabant parati. Qui mox inſecuti hoſtem, at tridui itinere non aſſecuti, deficiente ad hoc iam annona, metúq; inuadendi hoſtẽ victorijs ferocem, fiſtuliſque ferreis, quas pauci ė noſtris habebant, armatum, inceſſente, re infecta rediere. In

via

via reperiunt diuerſos hac illac captiuos; qui cùm ob virium debilitatem non poſſent victores effuſos in fugã ſequi, habebant capita ſecuribus in duas fiſſa partes, alij ad columnam ſemiuſti iacebant.

CAPVT VI.

DE P. IOANNIS de Brebeuf morte inclita, nece crudeliſsima.

VBi poſtridie manè de hoſtis diſceſſu certio- 57.

miſeratione mota fuiſſet eo ſpectaculo, in quo nihil erat humanum præter, innocentiam eorum, qui cruciabantur, maximam partem Chriſtiani.

Huius immanitatis nuntium anus quædam medio ex buſto erepta pertulit, ad oppidum S. Michaëlis vbi 700. pugnæ ſtabant parati. Qui mox inſecuti hoſtem, at tridui itinere non aſſecuti, deficiente ad hoc iam annona, metúq; inuadendi hoſtẽ victorijs ferocem, fiſtuliſque ferreis, quas pauci è noſtris habebant, armatum, inceſſente, re infecta rediere. In

via

via reperiunt diuerſos hac illac captiuos; qui cùm ob virium debilitatem non poſſent victores effuſos in fugā ſequi, habebant capita ſecuribus in duas fiſſa partes, alij ad columnam ſemiuſti iacebant.

CAPVT VI.

DE P. IOANNIS de Brebeuf morte inclita, nece crudeliſsima.

VBi poſtridie manè de hoſtis diſceſſu certio- 57.

certiores facti fuimus, cum priùs ex nonnullis captiuis, qui profugerant, cognouissemus de nece Patris Ioannis de Brebeuf, atque Patris Gabrielis Lallement, è nostris Patribus vnum, cum alijs septem Gallis misimus peruestigatum eorum cadauera. Oblata eis species plena horroris, reliquiæ inquam crudelitatis ipsius, aut potiùs reliquiæ amoris Diuini, qui solus in Martyrum supplicijs, ac morte triumphat.

58. Illos ego libenter illustri hoc nomine exornarem si mihi fas id esset, non eò solum, quod Dei, atque proxi-

mi

mi amore ducti exposuerunt sese neci, neci dico, si vlla vnquam cuipiam illata est, dirissimimæ, cùm & facillimè, & citra omnem noxiam, in tuto vitam collocare potuissent, nisi eos maior Diuini, quàm proprij amoris egisset vis; sed potiùs idcirco, quod ad Dei, hominumque, præcellentem amorem, quô ipsorum flagrabant animi, accesserit exitiale odium Fidei, atque Diuini Numinis scelesta contemptio, quæ barbaros incitabant, & quæ fuêre princeps causa, ob quã carnifices in illos tanta sæuitie debacchati sunt, quâ maiorem

iorem nulla tyrannorum rabies, in Martyres, qui inter crudelissima tormenta de vita, & morte triumphum egerunt, exeruit omnibus retro sæculis.

59. Hoc absque amplificatione dici credes, lector, vbi exquisitissima supplicia, quibus excarnificati fuerunt, enumerauero ex ore illorum, qui interfuere omnib9. Simplex erit narratio, in qua fortè non seruabo illum ordinem, qui in ijs inferendis est seruatus, nec enim is mihi integrè perspectus est.

Exequar hoc capite ea, quæ Pater Ioannes de Brebeuf,

beuf, sequenti quę P. Gabriel
Lallement sunt perpessi.

Primo igitur capto Patri
Ioanni de Brebeuf vestes de-
tractæ sunt planè omnes to-
tumq; corpus ad plagas con-
tumeliamque nudatum.

Deinde euulsi radicitus 60.
vngues aliquot: Adhæc sub
primum suum ingressum in
sancti Ignatij vicum certa-
tim fustibus à petulantissimo
quoque conuerberantur ei
dorsum, pectus, latera; cæ-
duntur tibiæ, ipse adeo vul-
tus crebris pulsatur baculo-
rum ictibus, tam fœdum, im-
manemque in modum nulla
vt corporis pars videretur,

quæ vel plagis non hiaret, vel vibicibus lacerata non tumeret liueretque.

61. In hoc atroci fuſtuario, chariſſimi ſui gregis nec memoriam, nec curam poſuit longè optimus hic Paſtor; ſed cinctum ſe Chriſtianis, quos religione imbuerat, quique iuxta cum illo capti fuerant, conſpicatus, filij mei, inquit, hiſce in cruciamentis lumina cœlo tendamus, mentes animosque ad Superos attollamus; Deum nunc quidem arbitrum, ac teſtem, paulò pòſt verò remuneratorem noſtrorum cruciatuum cogitemus. In hac

hac, quam ſuſcepimus, fide, & religione occumbamus fortiter, & à Diuina clementia ſperemus conſtanter fore, ſuis vt ſtet ea promiſſis. Veſtri me maior lōgè, quàm meimet tangit miſeratio; at forti, obfirmatoque animo exantlate pauxillum, quod ſupereſt corporis afflictationum; vnà cum vita mortali finem eæ capient, non capiet glorioſa merces, quæ illas excipiet. Subdunt Chriſtiani: Echon (id nomen Patri Ioanni indiderant) dum artus noſtri, atque corpora lacerabuntur in terra, mentes noſtræ hærebunt cœlo defixæ;

fixæ; supplica pro nobis tu Numini; ipsum nos inuocare non desistemus, quoad spirabimus.

62. Nonnulli ex Huronibus, qui olim ab Iraquanis capti fuerant, inque horum mores immigrauerant, & Christianæ religioni iam pridem infensi infestique erant, excanduere, viso Patrem Ioannem de Brebeuf tam fidenter, tanta verborum libertate, tamque solutâ sui ipsius curâ metuque animo in toties, tamque cruciabiliter ingeminata diuerberatione loqui. Quare nouo prorsus atque inusitato supplicij

plicij genere illum excruciant. Erat autem id eiusmodi. Sub axillas dextram, ſiniſtrámque, atque ad lumbos admouent igne candentes ſecures; ex ijs etiam collare fabricantur, atque illo, Patris ceruices, ac iugulum inneđunt. Quo fiebat, vt quoties corporis partem aliquam mouebat, toties nouum ipſe ſibi procrearet dolorem. Cùm enim antrorſum ſeſe inclinabat, ſecures à tergo pendulæ, quæ ignem induerant, humeros vndique adurebant acerrimè.

Quod ſi huius cruciatus declinandi mitigandíue gratiâ erecto vertice ſeſe aliquantiſper recurruaret, pectus haud paulò inclementiùs ab allambentibus, incumbentibúſue ſecuribus vſtulabatur. Conſiſteret ipſe æquata corporis mole neutram in partem pronus, tum enimvero tormentorum duplicabatur ſenſus, cùm quotquot erant appenſæ ſecures, ea ratione ac ſitu corpus contingerent, contactuque vrerent.

63. Non ſtetit hîc ſæuities carnificum ſed ingenioſa in tormenta, aliud ſuper aliud com-

comminiſcitur. Nectunt ij de corticibus cingulum, idque pice ac reſina farciunt; farto medium Patrem cingunt, ac ſubinde illud accendunt, totumque corpus crudelem ſimul ac miſerandum in modum vrunt, torquentque.

At Chriſti athleta perfert hæc Marpeſiæ cautis inſtar immotus, ac veluti ſenſûs omnis flammas inter & ignem expers, nullum edit clamorem, ſed profundo merſus ſilentio hæret aliquamdiu, quod quidem tortores ipſos in ſtuporem dabat. Erat haud dubiè id tem-

poris mens eius in Deum ab-
ſorpta.

Vt vero ad ſe quaſi ſomno
exitus redijt, aggreſſus eſt
ad ſalutis monita tum Eth-
nicis, tum vel maxime Chri-
ſtianis, qui capti attineban-
tur, eiuſque miſerebantur,
impertienda.

64. At impij carnifices pio
Patris ſtudio efferati, os ipſi
arctè occludunt, impedituri
quò minùs de Deo verba fa-
cere pergeret. Inſuper na-
ſum ipſi deſecant, ac præ-
terea labia auellunt diſcer-
puntque. Verum enimuero
manans è corpore cruor,
haud paulò vocalior erat ip-
ſis

ßis labris. Cumque nondum esset cor auulſum, ſed in lacerato, laniatoque corpore ſuum etiam tunc imperium retineret generoſus animus, fidele ipſi obſequium ad extremum vſque anhelitum, lingua præſtabat, quà grates Numini de ipſorum quoque acerbitate ſuppliciorum agendo, quà Christianis potentiùs, quàm alias unquam in omni vita animos addendo.

Vbi diu, multumque ferro, & igne in hanc innoxiam inſontemq; victimam deſæuitum eſt, placuit & aquæ ſupplicio torquere. Erant, 65.

vt suprà demonstratum est, inter Carnifices nonnulli Hurones, iam pridem ab Iraquanis bello capti, pridem sacris infensi ritibus, qui cùm olim fuissent in Huronia rerum Diuinarum cognitione satis imbuti, ea scurriliter, atque impiè, reipsa quidem in luculentius Patrum decus, maioremque honorem, at simul in suam abuti perniciem sunt orsi, hac, quam horrens commemoro, ratione.

66. In ludibrium sacri baptismatis, quod Pater Ioannes de Brebeuf media inter tela glandiumque imbres, tam eximia

eximia cum charitate impertierat, nouo ſanè, atque cruciabili baptiſmi genere, illum luſtrare ſunt aggreſſi; aqua videlicet feruente eum à vertice ad calcem perfuderunt, idque non ſemel, aut iterum, ſed tertiò; nec ſine impijs ſarcaſmis. Te, inquiebant infelices illi, baptizamus, vt cœli potiaris beatitate; abſque enim bono baptiſmo nequit æterna comparari ſalus. Alij cum ſubſannatione addebant: te enimuero pro amico tractamus, quando futuri ſumus cauſa ſummæ tuæ inter ſuperos felicitatis. Nobis ob

tam præclara officia gratias dic, & habe, quantò plùs enim perpetiere, tantò te Deus tuus ampliori mercede mactatum ibit.

67. Patris corpus diuexabat grauiter quidem aquæ bullientis affusio, at longè grauiùs animum afficiebant voces impiæ. Nihilominus quantò crudeliùs cumulabantur tormenta, tantò impensiùs obtestabatur Deum, ne ob sua delicta ipse occæcatus illos Gentiles, quibus ex animo ignoscebat, flammis æternis addiceret.

Iam verè concinere potest

test lætum illud: *transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium.*

Ab aquis reditum ad ignem. Quòd enim herós inuictus finem inuocandi, celebrandique Numinis, pro quo cruciabatur, quôdq; animo altissimè insitum erat, non faceret, eius in os haud semel titiones, & ex cortice compactas ingressere tædas, quibus linguam, palatum, fauces vstulauerunt. 68.

Diuersas corporis partes ferro aperuerunt, atque amplificando dolori, in hiantia vulnera ignitas immerserunt secures.

69. Membranam cranio proximè imminentem barbaric plusquam Scythica auellerunt, & diripuerunt; pedes amputarunt, vibrata quoq; in mandibularum vnam securi, eam in duas diffiderunt partes.

Viuo etiam nunc, & spiranti euulsum cor, aperto supra pectus aditu, quô feri anthropophagi vesci nō dubitarunt, calentemque sanguinem è pectore affatim saturientem sacrilega manu exceperunt, hauseruntque. Feminum carnem prorsus omnem ad ipsa vsque ossa resecuerunt, auelleruntq;,

&

& eius in oculis (prô feros homines, si tamen homines) prunis assatas esitauerunt.

Hæc omnia tormentorum genera pertulit P. Ioannes de Brebeuf die decima sexta Martij, anno 1648. Tres circiter horas tenuit sæua carnificina ; sub quartam pomeridianam è corporis ergastulo migrauit generosus animus ad capessendam victoriæ palmam. 70.

Illud non prætereundum, quod iam iam reuinciendus ad columnam, quæ & memoratorum certaminum palæstra, & vitæ meta ex destinato futura erat, in genua 71.

procubuerit, columnā brachijs ſtrinxerit, eamq; tenerrimè, ceu pignus atque arrham felicitatis æternæ diſſuauiatus ſit, non ſine precibus feruentiſſimis; quas tamen abrumpere coëgit impia tortorum crudelitas.

CAPVT VII.

P. GABRIEL Lallement cruciatur ſæuiſsimè, occumbit fortiſſimè.

72. PLeraq; omnia cruciatuum genera, quæ exhauſit

hausit Pater Ioannes de Brebeuf, fuere & Patri Gabrieli Lallement exantlanda, atq; insuper alia nonnulla.

Fuit enim & ipse primùm vestibus nudatus. Deinde fustibus ea, qua Pater de Brebeuf, sæuitie contusus. Postea euulsi vngues. Præterea appensæ, applicitæque secures igne animatæ. Adhæc cingulo ardente succincti renes. Et quia dum immanissimè discruciabatur, perinde ac P. Ioannes de Brebeuf de Deo liberè, fidenterque verba faciebat, fuit insuper alter manibus truncatus, alter subulis, ferreisque

cuspi-

cuſpidibus identidem fodicatus. Septimò aqua præferuida iteratò perfuſum, corpus vniuerſum, atque octauò paſſim ſecuribus fiſſum, laniatumque.

73. Nonò ipſi quoque apertum ferro pectus, & decimò cor exemptum, perque infandam ingluuiem deuoratum. Vndecimò effuſus, hauſtuſque ſanguis. Duodecimò ei, atque Patri de Brebeuf, femora, ſuræ, brachia carnibus exuta, & in ferales epulas verſa. Decimotertiò titiones, faceſque ardentes crebrò in os, decimo quartò autem in cicatrices, & plagas

gas ſecures igne candentes ſæpe ſæpius intruſæ.

Hiſce ſupplicijs, quæ ipſi cum P. Ioanne de Brebeuf fuere communia, acceſſerunt alia. Etenim decimo quintò effoſi fuerunt ipſi oculi, atque decimo ſextò in eorum cauum per ſummam crudelitatem, ac petulantiã prunæ ingeſtæ? Decimo ſeptimò ſecundùm ſiniſtram aurem tam altè infixa ſecuris, vt cerebrum promineret. Decimo octauò ac poſtremò toties, tamq; barbarè in eum eſt igne ſæuitum, vt nobis nõ licuerit à vertice ad plantas vllam corporis partem 74.

videre

videre quæ cùm viueret, spiraret, sentiret Pater Gabriel, non fuerit tosta, atque vsta; non linguæ, non palato pepercit flamma.

75. Cùm maximè acerbissimeq; vreret ignis, hic Christi pugil, atq; inuictus heros lumina vultumque cœlo tendebat, manus quandoq; iungebat, atq; ad Deum, quem vt suppetias sibi veniret, suisque tortoribus veniam, atque impunitatem daret, precabatur, suspiria imo ex corde ducta iactabat.

76. Carnificina eius longè diuturnior fuit, quàm Patris Ioannis de Brebeuf, etenim à sexta

à ſexta hora pomeridiana diei decimiſexti Martij, ad nonam vſque diei decimiſeptimi vnum ex alio ſupplicium ei adhibitum, continuata quindecim horas, diu noctuque tormenta; quibus vt perferendis parem, conſtantemq; adferret animum, columnam & ipſe ſuam defixis humi genibus fuit ſuauiſſimè deoſculatus, atq; Deum ardentiſſimè deueneratus precatuſque ſibi vti athletæ aganotheta ipſe, militi imperator vires, atq; robur ad cuncta ea, qua par eſſet, animi firmitate, toleranda ſumminiſtraret. At per carnificum

poris mens eius in Deum ab-
ſorpta.

Vt vero ad ſe quaſi ſomno
exitus rediјt, aggreſſus eſt
ad ſalutis monita tum Eth-
nicis, tum vel maxime Chri-
ſtianis, qui capti attineban-
tur, eiuſque miſerebantur,
impertienda.

64. At impiј carnifices pio
Patris ſtudio efferati, os ipſi
arctè ocludunt, impedituri
quò minùs de Deo verba fa-
cere pergeret. Inſuper na-
ſum ipſi deſecant, ac præ-
terea labia auellunt diſcer-
puntque. Verum enimuero
manans è corpore cruor,
haud paulò vocalior erat ip-
ſis

ſis labris. Cumque nondum eſſet cor auulſum, ſed in lacerato, laniatoque corpore ſuum etiam tunc imperium retineret generoſus animus, fidele ipſi obſequium ad extremum vſque anhelitum, lingua præſtabat, quà grates Numini de ipſorum quoque acerbitate ſuppliciorum agendo, quà Chriſtianis potentiùs, quàm alias unquam in omni vita animos addendo.

Vbi diu, multumque ferro, & igne in hanc innoxiam 65.
inſontemq; victimam deſæuitum eſt, placuit & aquæ ſupplicio torquere. Erant,

vt suprà demonstratum est, inter Carnifices nonnulli Hurones, iam pridem ab Iraquanis bello capti, pridem sacris infensi ritibus, qui cùm olim fuissent in Huronia rerum Diuinarum cognitione satis imbuti, ea scurriliter, atque impiè, reipsa quidem in luculentius Patrum decus, maioremque honorem, at simul in suam abuti perniciem sunt orsi, hac, quam horrens commemoro, ratione.

66. In ludibrium sacrì baptismatis, quod Pater Ioannes de Brebeuf media inter tela glandiumque imbres, tam eximia

eximia cum charitate impertierat, nouo ſanè, atque cruciabili baptiſmi genere, illum luſtrare ſunt aggreſſi; aqua videlicet feruente eum à vertice ad calcem perfuderunt, idque non ſemel, aut iterum, ſed tertiò; nec ſine impijs ſarcaſmis. Te, inquiebant infelices illi, baptizamus, vt cœli potiaris beatitate; abſque enim bono baptiſmo nequit æterna comparari ſalus. Alij cum ſubſannatione addebant: te eniniuero pro amico tractamus, quando futuri ſumus cauſa ſummæ tuæ inter ſuperos felicitatis. Nobis ob

tam præclara officia gratias dic, & habe, quantò plùs enim perpetiere, tantò te Deus tuus ampliori mercede mactatum ibit.

67. Patris corpus diuexabat grauiter quidem aquæ bullientis affuſio, at longè grauiùs animum afficiebant voces impiæ. Nihilominus quantò crudeliùs cumulabantur tormenta, tantò impenſiùs obteſtabatur Deum, ne ob ſua delicta ipſe occæcatus illos Gentiles, quibus ex animo ignoſcebat, flammis æternis addiceret.

Iam verè concinere poteſt

test lætum illud: *transiuimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium.*

Ab aquis reditum ad ignem. Quòd enim herós inuictus finem inuocandi, celebrandique Numinis, pro quo cruciabatur, quôdq; animo altissimè insitum erat, non faceret, eius in os haud semel titiones, & ex cortice compactas ingressere tædas, quibus linguam, palatum, fauces vstulauerunt. 68.

Diuersas corporis partes ferro aperuerunt, atque amplificando dolori, in hiantia vulnera ignitas immerserunt secures.

69. Membranam cranio proximè imminentem barbarie plusquam Scythica auellerunt, & diripuerunt; pedes amputarunt, vibrata quoq; in mandibularum vnam securi, eam in duas diffiderunt partes.

Viuo etiam nunc, & spiranti euulsum cor, aperto supra pectus aditu, quô feri anthropophagi vesci nō dubitarunt, calentemque sanguinem è pectore affatim saturientem sacrilega manu exceperunt, hauseruntque. Feminum carnem prorsus omnem ad ipsa vsque ossa resecuerunt, auelleruntq;, &

& eius in oculis (prô feros homines, si tamen homines) prunis assatas esitauerunt.

Hæc omnia tormentorum genera pertulit P. Ioannes de Brebeuf die decima sexta Martij, anno 1648. Tres circiter horas tenuit sæua carnificina ; sub quartam pomeridianam è corporis ergastulo migrauit generosus animus ad capessendam victoriæ palmam. 70.

Illud non prætereundum, quod iam iam reuinciendus ad columnam, quæ & memoratorum certaminum palæstra, & vitæ meta ex destinato futura erat, in genua 71.

procubuerit, columnã brachijs ſtrinxerit, eamq; tenerrimè, ceu pignus atque arrham felicitatis æternæ diſſuauiatus ſit, non ſine precibus feruentiſſimis, quas tamen abrumpere coëgit impia tortorum crudelitas.

CAPVT VII.

P. GABRIEL Lallement cruciatur ſæuiſsimè, occumbit fortiſſimè.

72. PLeraq; omnia cruciatuum genera, quæ exhauſit

hausit Pater Ioannes de Brebeuf, fuere & Patri Gabrieli Lallement exantlanda, atq; insuper alia nonnulla.

Fuit enim & ipse primùm vestibus nudatus. Deinde fustibus ea, qua Pater de Brebeuf, sæuitie contusus. Postea euulsi vngues. Præterea appensæ, applicitæque secures igne animatæ. Adhæc cingulo ardente succincti renes. Et quia dum immanissimè discruciabatur, perinde ac P. Ioannes de Brebeuf de Deo liberè, fidenterque verba faciebat, fuit insuper alter manibus truncatus, alter subulis, ferreisque cuspi-

cuſpidibus identidem fodicatus. Septimò aqua præferuida iteratò perfuſum corpus vniuerſum, atque octauò paſſim ſecuribus fiſſum, laniatumque.
73. Nonò ipſi quoque apertum ferro pectus, & decimò cor exemptum, perque infandam ingluuiem deuoratum. Vndecimò effuſus, hauſtuſque ſanguis. Duodecimò ei, atque Patri de Brebeuf, femora, ſuræ, brachia carnibus exuta, & in ferales epulas verſa. Decimotertiò titiones, faceſque ardentes crebrò in os, decimo quartò autem in cicatrices, & plagas

gas ſecures igne candentes ſæpe ſæpius intruſæ.

Hiſce ſupplicijs, quæ ipſi 74.
cum P. Ioanne de Brebeuf fuere communia, acceſſerunt alia. Etenim decimo quintò effoſi fuerunt ipſi oculi, atque decimo ſextò in eorum cauum per ſummam crudelitatem, ac petulantiā prunæ ingeſtæ? Decimo ſeptimò ſecundùm ſiniſtram aurem tam altè infixa ſecuris, vt cerebrum prominerer. Decimo octauò ac poſtremò toties, tamq; barbarè in eum eſt igne ſæuitum, vt nobis nō licuerit à vertice ad plantas vllam corporis partem videre

à ſexta hora pomeridiana diei decimiſexti Martij, ad nonam vſque diei decimiſeptimi vnum ex alio ſupplicium ei adhibitum, continuata quindecim horas, diu noctuque tormenta; quibus vt perferendis parem, conſtantemq; adferret animum, columnam & ipſe ſuam defixis humi genibus fuit ſuauiſſimè deoſculatus, atq; Deum ardentiſſimè deueneratus precatuſque ſibi vti athletæ aganotheta ipſe, militi imperator vires, atq; robur ad cuncta ea, qua par eſſet, animi firmitate, toleranda ſumministraret. At per carnificum

à ſexta hora pomeridiana diei decimiſexti Martij, ad nonam vſque diei decimiſeptimi vnum ex alio ſupplicium ei adhibitum, continuata quindecim horas, diu noctuque tormenta; quibus vt perferendis parem, conſtantemq; adferret animum, columnam & ipſe ſuam defixis humi genibus fuit ſuauiſſimè deoſculatus, atq; Deum ardentiſſimè deueneratus precatuſque ſibi vti athletæ aganotheta ipſe, militi imperator vires, atq; robur ad cuncta ea, qua par eſſet, animi firmitate, toleranda ſumminiſtraret. At per carnificum

cum sæuam impietatem diu vacare precibus ei non licuit.

77. Quæ hoc atque superiore capite commemoraui, comperta habeo omnia ex testibus omni fide dignis, qui, quæ suismet oculis vsurpauerunt, ea mihi coram recensuerunt. Erant autem & ipsi cum vtroque Patre capti; sed in aliud tempus, & lanienam asseruati cùm essent, locum fugæ, vitæq; seruandæ sunt nacti.

CAPVT

CAPVT VIII.

PATRIS IOANnis de Brebeuf, & Patris Gabrielis Lallement corpora terræ mandantur.

SEd tandem horrificæ 76.
narrationi, commemo-
randæque portentosæ
huic crudelitati finem im-
pono; quandoquidem om-
nia horum Christi pugilum
membra, immortalis gloriæ
dotibus condecorabuntur;
suppliciorum, quæ tam for-
titer pertulerunt, magnitu-
do,

do, mensura eorum felicitatis erit, & iam Cœlitum quiete fruuntur, atque in omne æuum perfruentur beati, felicesque.

79. Hæc pretiosa lipsana condidimus vigesimo primo die Martij, qui dies Dominicus erat; verbis exequi non possum, quàm singulari animorum sensu fuerimus in eos supremo hoc functi officio. Equidem vniuersi, qui iustis funebribus interfuere, tam iucunda animi voluptate sunt perfusi, tamque tenero pietatis sensu delibuti, neminem, vt sciam, qui consimile mortis genus sibi non

exopta-

exoptauerit potiùs, quàm vel exhorruerit, vel formidarit, & qui se terque quaterque beatum non censuerit, quòd eo in loco consisteret, quô fortè pauculis diebus pòst obuentura ei esset felicissima sors, vitam, sanguinemque ea in causa profundendi. Nemo vnus est inter nos repertus, qui sibi imperare potuerit, vt Deum ijs propitiare studeret; sed cogitationes nostræ ad supremas illas immortalium sedes, in quas eorum animas esse iam receptas non dubitabamus, continuò rapiebantur. Verum

vt

vt vt sit, à Diuino Numine supplicibus votis contendo, vt quod ipsum de nobis in arcano suo consilio statuit, id totum seu viuendum diutiùs, seu consimili lethi genere nobis moriendum sit, fiat.

CAPVT IX.

INDICANTVR nonnulla de Patris Gabrielis Lallement vita, ac moribus.

80. PAter Gabriel Lallemēt vltimus quidem in arenam descendit, è primis

mis tamen palmis ad se rapuit vnam. Ille, inquam, qui non nisi semestri antè in has oras perlatus erat, cecidit primas inter victimas, quibus in Christiani Nominis, religionisque execrationem perlitatum est.

Pluribus abhinc annis à 81.
diuino Numine cum lachrimis, & singultibus depoposcerat id gratiæ, vt in hunc vltimum mundi angulum amandaretur, etsi habitu corporis esset admodum delicato, nec alijs viribus, quàm quas diuina manus, tum patiendi pro Saluatore Christo cupiditas sufficiebat; quæ quidem

quidem quàm ardens, quàm ſincera, quàm æquis librata ponderibus fuerit, docet ipſius Patris Gabrielis chirographum, quod ab eius obitu reperi, quodque exhibet rationes, quibus rationibus adductus vehementer adeò deſiderauerat ſeſe totum hiſce Miſſionibus impendere. Verba illius admetior.

82. Eæ rationes, mi Deus, & ſaluator ſunt. Prima vt me tot nominibus, quibus tibi ſum obſtrictus, exoluam. Si enim omnibus tuis voluptatibus, tuis honoribus, tua ſanctitate, tuis gaudijs, tua vita te abdicaſti, hæcq; vniuerſa

versa insuper habuisti, vt me miserum in libertatem asse-reres, an non est plus quàm rationi conueniens, vt & ego hæc exemplo tuo à me pro-ijciam, pro salute illarum a-nimarum, quas ducis tuas? quæ tuo tibi sanguine stete-runt? quas ad mortem vsque amasti? de quibus dixisti, *quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis?*

Secundò. Quamquam me nulla grati animi ratio com-pelleret, ad hæc mei ipsius holocausta tibi facienda, facerem nihilominus, om-ni studio, expendendo ma-gnitudinem adorandæ tuæ 83.

maie-

maiestatis, tuæque infinities infinitæ Bonitatis, dignæ vtique, vt quis se in tuum obsequium victimam immolet, seq; ipsum feliciter perdat, quò fideliter expleat id, quod tuæ de se voluntati, atque particularibus instinctibus, quibus in maius diuinæ gloriæ incrementum, eius tu mentem impellere dignaris, arbitratur esse consentaneum.

84. Tertiò. Quandoquidem adeo fui infelix, vt tuam offenderem Bonitatem, ô mi Iesu! æquum est, vt tibi per insolita supplicia faciam satis, atque idcirco mearum

par-

partium eſt, per omnem re-
liquam vitam in tuo conſpe-
ctu incedere corde contrito,
& humiliato, in eorum per-
peſſione malorum, quę prior
pro me pertuliſti.

Quarto. Sum propinquis, 85.
matri, ſororibuſque obſtri-
ctus, in eoſque miſericordię
tuæ vim vt deriuare con-
tendam, iura me pietatis
compellunt. Mi Deus! ne,
amabò, permiſeris vnquam,
vt quiſquam de hac familia,
quam tanto proſecutus es a-
more, pereat in tuo conſpe-
ctu, inque illorum cenſum
veniat, qui te execrationi-
bus, ac diris in omne laceſ-

sent æuum. Sim ego pro ijs succedanea victima: *quoniam ego in flagella paratus sum, hîc vre, hîc seca, vt in æternum parcas.*

86. Quintò. Imô, Iesu mi, & amor mi, necesse est, vt sanguis tuus æquè pro barbaris, ac pro nobis fusus, in eorum salutem reipsa cedat, estque hæc causa, ob quam tuæ gratiæ me commodare, atque pro ipsis hostia, cadere volo.

87. Sextò. Conuenit, tuum vt nomen adoretur, tuum vt imperium per omnes orbis nationes extendatur, meamque vitam impendam, vt ex

hostis

hostis tui, satanæ seruitute miseras hasce animas, quæ tibi, & sanguine, & vitâ steterunt, eripiam, ac vindicem.

Septimò denique. Si rationi conuenit, vt mortales inter vnus aliquis amore, 88.
compellatur, ad velificandum hac in re Christi Iesu desiderio, cum centies mille vitarum, si tot illi forent discrimine, cumque iactura omnium, quæ naturæ iucundissima, gratissimaque accidunt, neminem reperies, qui pluribus quàm tu nominibus ad hæc talia sit obligatus.

Expergiſcere igitur anima mea, perdamus nos ipſos ſanctè, hac vt voluptate ſacratum Christi Ieſu cor demulceamus. Promeretur id ipſe; nec potes id declinare, niſi erga ipſius amorem ingrata viuere, morique velis.

89. Hæ ſunt rationes, quæ illum ad hæc exciuerunt loca, vt vnà nobiſcum in media barbarie mortem oppeteret. Eo nihil integrius, cùm & in prima adoleſcentia rebus perituris nuncium miſerit, & illis vndeviginti annis, quos in Societate traduxit, tantam habuerit conſcien-

tiæ nitoris rationem, minima vt vmbra non dico peccati, ſed cogitationum huic affinium, criminiſq; expertium, ei ad nihil aliud, quam ad ſeſe arctiùs cum Deo copulandum famularetur.

Poſt ſuum ad Hurones ad- 90.
uentum, tam acri ſtudio animum ad linguam, ſi qua ſub cœlo eſt, inamœnam cõdiſcendam appulerat, iamque tantùm in ea promouerat, vt non ampliùs dubitaremus, quin eius operâ his in regionibus ad ſuæ diuinæ glorię augmentum vti deſtinaſſet Deus. Eius charitas, nullum reperiebat diſcrimę

inter ſublimes diſciplinas; quæ illum ad id loci occupauerant, interque aculeatas linguæ barbaræ difficultates; quæ certè nil habet, quod ad ſe pelliciat, niſi quid venuſtatis, vt ex ea emicet, amor addat ſalutis alienæ. Non eſt in minimis harum regionum moleſtijs ponenda difficultas, quam neceſſe eſt perſentiſcat is, qui illud idioma ſub ipſum ætatis annum trigeſimum nonum repueraſcens condiſcere adlaborat.

91. Demum breuiſſimo illo tempore ſtadium decucurrit, è carceribus ad metas per-

peruenit; atq; ſpem quam de eius induſtria, laboribuſ-que mortales iuxta ac ſuperi præceperant, impleuit pro-lixiſſimè, vitam pro Deo poſuit, atque hîc locorum Christi Iesv crucem tot votis quæſitam reperit, cru-entis eius inſignibus purpu-ratus.

Tametſi deſerendo mun-dum, vna deſeruerit ſpem honeſtarum ſanè conditio-num, ad quas ſuus illum ortus eduxerat, poſſum ta-men ex vero affirmare, togã illam, quam ſuo ſanguine tinxit, eſſe ſexcenties pretio-ſiorem omni oſtro, omnibus 92.

honoribus, quos ei mundus polliceri potuisset.

In vitales auras editus est Parisijs, 30. Octobris, anno 1610. Societati nostræ nomen dedit. 24. Martij anno 1630. In ea gloriosè occubit 17. Martij huius anni 1649. Hurones illi Atirontam dixere nomen.

CAPVT X.

DE P. IOANNIS de Brebeuf in Huroniã duplici profectione, miris visis, & amore diuino.

Erat

ERat P. Ioannes de Brebeuf à diuina mente, ac prouidentia in primumHuronum Apoſtolum, inque primum, qui è Societate noſtra huc pedem inferret, lectus; qui quidem ſuam ſpartam ita ſtrenuè curauit, & cùm ne vnus quidem ex hiſce ſilueſtribus hominibus Dei nomen, aut numen inuocaret, tam felicem ijs nauauit operam, vt priuſquam vita ipſi per tam exquiſitos cruciatus eriperetur, ſeptem propemodum millia Chriſtiano lauacro abluta, Chriſtique Ieſu crucem vbique fixam, & ado- 93.

ratam in regione, quæ ab orbe condito nulla Dei Hominis notitia tincta erat, ſuis vſurpârit oculis.

94. Fuit in nouam Franciam anno 1625. à R.P. Petro Cottono ablegatus, proque primo ſui tirocinij argumento, ac ſpecimine, hiemem errando per ſyluas, cum vicinis Kebeco monticolis tranſegit, vbi multorum patiendorum materies non defuit, exſpectanti æſtatem anni 1626. quâ huc ad Hurones aſcendit. Harum barbararum linguarum difficultates deuorauit ſucceſſu tam proſpero, vt videretur non niſi

ad

ad hasce natus factusq; gentes.

Indolem, natiuumq; genium ad horum populorum 95.
viuendi rationem ita exegit,
ac moderatus est, se omnibus omnia faciens, quò omnes Christo lucrifaceret, vt vniuersorum ad se animos raperet, vnicè amaretur ab omnibus. Sed dum ita pulchre se dant initia, Galliam anno 1629. ab Anglis earum terrarum tunc potitis, & Fidei Catholicæ præcones solum vertere compellentib9, repetere fuit coactus. Verũ ipsis quoq; Anglis postmodũ iniqua eorundem locorum

posses.

possessione deturbatis, eódē postliminio reuersus Pater anno scilicet à Partu Virginis 1634. acta rursum hieme Kebeci, iam linguæ probè peritus, plenusque spebus hasce gentes in sempiternæ salutis semitam adducendi.

96. Erat ad tantas spes opus viro omnibus absoluto numeris, & insigni præsertim vitę sanctimonia conspicuo. Hæc animi decora in se ipse non videbat, videbant autem, atque admirabantur quotquot ipsum nouerant; virtutum eius splendori deerat nihil, videbanturq; esse in eius natura insitæ, atque

innatæ,

innatæ; quamquam, ſi ea quæ in intuentium oculos incurrebant, contenderes cum ijs, quæ animo condita ſtudiosè celabantur, hæc ſummi, illa propemodum nihili facturus eſſes; tam pretioſis nimirum Theſauris mentem ipſius locupletabat in dies munificentiſſima Dei manus.

Perſæpe Christi Domini noſtri ſpecies ipſi, aliàs lætior, & Beatos inter coruſcãtis, plerumque verò triſtior, & vel crucem baiulantis, vel eidem affixi, oblata fuit. Quæ res tantam in animo eius excitauit cupidinem, a- 97

cerbiſ-

cerbiſſima quæque pro Nomine IESV exantlandi, vt quidquid tandem moleſtiarum, dolorumq́; ſuſtineret, id totum nihil eſſe duceret; quin etiam infelicem ſuàm deploraret ſortem, quòd crederet ſe nihil vnquam toleraſſe, nec dignum haberi, qui pro Deo ſuo quidquam pateretur.

98. Cœlorum quoque Reginæ aſpectu frequentiſſimè fuit recreatus; quæ in eius plerumque pectore ſuccendebat deſiderium patiendi; ſed cùm adeò liquidis voluptatibus, cumq́; tam prono in diuinũ arbitrium ſtudio,

vt pluribus deinceps diebus in altiſſima pace, diuinæque magnitudinis ſenſu quodam admirabili acquieſceret.

Anno 1640. cuius integrâ 99
hiemem tranſegit in Miſſione Nationis, quam Neutram vocamus, eius in conſpectũ ſe dedit prægrãdis crux, quæ ex Iraquania aduentare videbatur. Id Patri, qui viæ comes ibat, manifeſtauit, eiq; nonnulla de conſpectæ Crucis adiunctis ſciſcitanti id vnum reſpondit, Crucem illam adeò vaſtam fuiſſe, vt excipiendis nobis omnibus, qui his in oris agitabamus, par fuerit.

Iuſſus

100 Jussus erat hæc talia, quæ vim naturæ excedebant, scriptis mandare, & quidem si non omnia posset, ea saltem in tabulas referre, quorum reminisci poterat faciliùs; magna siquidem, & perfrequens illarum copia erat, curaque perpes salutis proximorum vix locum dabat aliquid interdum commentario raptim consignandi.
101 Subijcio duo postrema, quæ in eius ego codicillis reperi; magna inquit, crucum copia meo obtutui sese obiecit, quas omnes amplexabar cupidè, ac libenter. Nocte in sequente precationi insistēs, meque

meq́; diuino arbitrio dedens cum his dictis: *Fiat voluntas tua Domine; quid me vis facere?* exaudio vocem ingeminantem; *Tolle lege.* Orto die accepi in manus libellum de Imitatione Christi, ac fortuitò incidi in caput inſcriptũ: *de regia via S. Crucis.* Exinde in animo quietem magnam, tranquilitatemq́ue ſenſi, vbi materies alluxit, quidpiam in Dei cauſa perpetiendi.

Sub veſperum, dum precibus vaco, mentis oculis conſpicio meam, omniumq́ue noſtrorum Patrum veſtes maculis ſanguineis aſperſas; quod quidem mihi non

non vulgarem admiratio-nem attulit.
102 Quid hæc portenderint, nobis haud conſtat. An fortè tot crucibus, cruentiſque notis præmonſtrare voluit Deus, ſe idem in nos collaturum gratiæ munus, quô optimi illius Patris merita remuneratus eſt, Noſque ſanguine noſtro ſacroſanctas ſuas leges ſancituros eſſe? Id quidem nos iam latet, interim caſtiſſimis illum precibus obteſtamur, vt ſua ter ſancta voluntas ad extremũ vſque agonem in nobis expleatur.
103 Bonus hic Pater tanto di-
uinæ

uinæ gloriæ rapiebatur ſtudio, vt vndecim, & ampliùs ante obitum annis, ſeſe nuncupato voto obſtrinxerit ad omnia per reliquum vitæ perferenda, quæ diuino honori propagando opportuna cenſeret; quod votum quotidie, dum ſacris operabatur, ipſo ſacroſanctæ Communionis tempore inſtaurabat.

Poſtea loci in eius ephemeridibus nihil reperio frequentius, quàm, quibus ſuccendebatur, deſideria pro Chriſti Iesv honore acerbiſſima quæque perferendi. Hinc ita ſcripſit ipſe: 104

Sentio

Sentio me vehementer impelli ad moriendum pro Christo. Qui quidem impulſus ipſos octo, decemque dies continuos perpeti æſtu tenebat. Demum vt ſe Deo victimam penitiſſimè conſecraret, vtque ſanctiùs optatiſſimam Martyrij horam occuparet, votum edidit conceptiſſimis hiſce verbis.

105 *Quid retribuam tibi Domine mi IESV, pro omnibus quæ retribuiſti mihi? calicem tuum accipiam, & nomen tuum inuocabo. Voueo ergo in conſpectu Patris tui ſanctiq; Spiritus, in conſpectu ſacratiſſimæ Matris tuæ, caſtiſſimique eius ſponſi Ioſephi; coram Angelis,*

gelis, Apostolis, Martyribus, sanctisq́; meis parentibus Ignatio, & Francisco Xauerio; voueo inquam tibi Domine mi IESV, si mihi vnquam indigno famulo tuo martyrij gratia misericorditer à te oblata fuerit, me huic gratiæ non defuturum, sic vt imposterum licere mihi nunquam velim, aut quæ sese offerent moriendi pro te occasiones declinare (nisi ita fieri ad maiorem gloriam iudicarem) aut iam inflictum mortis ictum, non acceptare gaudenter. Tibi ergo Domine mi IESV, & sanguinem, & corpus, & spiritum meum iam ab hac die gaudenter offero, vt pro te, si ita dones, moriar, qui pro me mori dignatus es.

Fac,

Fac, vt ſic viuam, vt ita mori tandem me velis. Ita Domine, calicem tuum accipiam, & nomen tuum inuocabo. IESV IESV IESV.

106 In eius necem ſæpe coniurarunt alieni à noſtris ſacris. Si qua calamitas patriæ incubuiſſet, iactabant Ieſuitas illius eſſe auctores, & quidem principem ipſum Echon.

Si quãdo peſtilentia graſſabatur, atq; infeſta lues vicos depopulabatur, credebant, Echon ſuis magicis carminibus Orco euocaſſe, Cacodæmones, cum quibus etiam illum habere cõmer-

cium

cium ferebant. Fames non nisi ex eius imperio ingrauescebat. Bello infelicibus auspicijs gesto persuadebant illi sibi, Echon esse suorum consiliorum proditorem, cũ hostibus clandestina miscere colloquia, ab ijs munera ad patriam prodendam accipere, alia mente ex Gallia non venisse, quàm vt omnes populos, quibuscum agebat, suis eijceret sedibus, sua spoliaret libertate; religionis Christianæ propagandæ, Huronumque salutis promouendæ studium obtentui esse, suos iugulos reipsa peti ab illo.

107 Verbo, nomen Echon aliquot annorum decurſu, tam infauſti ominis, tamque exitiale habitum fuit, vt eo ad territandos infantes vti aliquamdiu conſueuerint; crebrò etiam ægris perſuaſum fuerit, aſpectum ipſius eſſe illum ipſum dæmonem, à quo faſcinati eſſent, & qui tela mortifera eiacularetur. At cùm nondum illuxiſſet dies, quâ eum perimi oportebat, omnes, quæ in illum cudebantur machinationes, aliud efficiebant nihil, quàm vt & ſuam in Deũ fiduciam magis, magiſq; roboraret ipſe, & quotidie viueret

verer more hoſtiæ neci deſtinatæ, quam etſi peroptabat ipſe, accelerare tamen haud licebat.

Chriſtus Seruator ſæpius 108
illi demonſtrauit, nos à ſe defendi, ac protegi, & quidē in nos ſtygem furere, ſed pro libidine rabiem exonerare non poſſe. Anno 1637. cum totâ prouinciâ ad necem, cædemque depoſceremur, perinde ac ſi nobis auctoribus invaluiſſent morbi contagioſi, qui vbique mortalium ſtrages edebant, grex dæmonum aliquoties ſeſe illi oſtentauit, nunc quidem ſub ſimulachro virorum fu-

rentium, aliàs verò instar monstrorum terrificorum, adeoque leonum, vrsorum, equorumq; indomitorum, quæ iam iam in illum facto agmine invasura videbātur. Sed nil omnino spectris illis mouebatur suæ anchoram spei in Deum defigens: In me aiebat, peragite, quidquid statuit Numen, absque enim illius nutu ne capillus quidem de capite meo decidet. Ad hæc verba, stygiarū imaginum caterua momento dilabebatur.

109 Videbat aliàs Mortem manibus post tergum ad columnam iuxta se reuinctis, quæ

furioſo impetu in illum irruere nitebatur; at cùm vincula, quibus conſtricta erat, diffringere non poſſet, ad pedes eius imbellis, infirma, procumbebat.

CAPVT XI.

COMMEMORantur alia de Patris Ioannis de Brebeuf viſis mirificis.

ANno 1640. cùm ver- 110
ſaretur in Gente Neutra, alio quodam in veſperum vergente die, dixit è Patribus noſtris vni,

mortem instar cadaueris carnibus exuti, ac solis hærentis ossibus, sibi conspectam. Cumque ignoraret, quid ea res præsignificaret, haud parùm miratus est, vbi sub diei sequentis diluculum amicorum vnus, centurio oppidi, in quo colebant, ijs recensuit, non neminem ex impijs Huronibus nomine Aoenhokoni, qui recèns in eam prouinciam aduenerat, atque à suæ Gentis primoribus ablegatus fuerat, coëgisse senatum, munusq; nouem bipennium (habentur eæ in his locis magno pretio) obtulisse, vt nostros Patres truci-

trucidarent, & ne ea, quæ hanc cædem conſecutura erant, in Hurones deuoluerentur. Hæc conſultatio per totam noctem tenuerat. Sed primipili Nationis Neutrius in parricidale ſcelus conſentire detrectarunt.

Hanc in Deum fiduciam III.
hauriebat ex oratione, in qua ſæpe diuina patiebatur, vel vno verbo duarũ horarũ materiẽ ſubminiſtrante, non quidem intellectui, cuius torporem ipſe identìdem incuſabat, ſed voluntati, in qua mirificos ſanè effectus progignebant arcana Fidei Myſteria, quibus adhæreſce-

bat ipſe magna cum tranquillitate, amore, voluptate. Quamuis autem facillimè, ſuauiſſimeque in Deo conquieſceret, ſeſe tamẽ ad precationem non minùs ſtudioſè parabat, quam vix heſterni tyrones.

112 Cum per diurnas occupationes ei non liceret tantum temporis orando Deo impendere, quantum libebat, conſuetam ipſe ſurgendi horam occupabat, ſummo manè conſurgens; quantumvis ſolitus quotidie ſit precationem in multam noctem producere, quoad laboribus, vigilijſq; feſſo corpuſculo

pusculo pauxillum quietis indulgere coactus, & dura humo recubans, nulla veste exuta, in substratum, quem sors obtulerat, truncum aut cremium, quod ei vicem ceruicalis erat, caput declinabat; nec plus ipse quietis, aut somni indulgebat corpori, quàm metus offendendi Numinis imperabat.

Memorat in suo ipse commentario, se omnibus exsolutum sensibus corporis, in extasin raptum cum Deo intimè coniunctum, eumque stringendo amplexatū fuisse. 113

Aliàs refert, totum ſuum cor in Deum fuiſſe vehementi amoris impetu abſorptum, qui quidem amor præcipuè ferebatur in Chriſti Domini ſacratiſſimam perſonam, inque Chriſtum patientem.

114 Percrebrò ſentiebat hunc amorem atque ignem ſuo in animo gliſcere, in dies vehementiùs accendi, atque omnem à naturà inſitam ſcoriam, quò ſplendidiùs niteret aurum Diuinæ gratiæ, detergere.

115 Ferijs Pentecoſtes anni 1640. cum de nocte coram auguſtiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento preces funderet, ſubitò

ſubitò vidit ſe magno igne, cinctum; qui omnia quidem circulatim accendebat, ſed innoxius; nam vrebat, nil exurebat; eo autem igne ardente, ſenſit ſuo in animo flammas amoris ardentiores excitari, quam aliàs vnquam.

Beatiſſima Dei Parens, 116 Chriſti Nutritius Ioſephus, alij Diui, ac Cœleſtes Genij multò creberrimè ſeſe illi aſpectabiles præbuerunt. Vſu quondam venit, ſibi vt videre videretur montem prę. celſum ſanctis Virginibus ea ratione circumſeſſum, vt ab imis radicibus ad ſupremum

 faſti-

faſtigium, Virginum illarum chori ſenſim in arctius coirent, ac demum deſinerent in Monadem, quæ ipſam Chriſti Genitricem montis vertici inſidētem referebat.

117 Nonnunquam ſolus intuitus veſtium, quibus amiciebatur cœlorum Imperatrix, ſolæque fimbriæ ex veſtibus eius defluentes tanto ſplendore illum perſtringebant, vt oculos altiùs tollere non ſuſtineret, veritus ne opprimeretur immenſa vi luminum, quibus virgo Mater coruſcabat.

At non erant hæc illa, quę poſtulabat, beneficia, cum

reuerà nunquam eorum cupido illum incesserit. Tamque sedulò ea occultabat, vt ne verbulo quidem quidquam de illis mortalium vlli indicauerit, præterquam ijs, quibus vt omnes animi recessus panderet, lege tenebatur.

Quem ex ijs identidem re- 118
ferebat, fructus erat, sui maior demissio, diffidentia de seipso, sui infra omnes domesticos æstimatio, abiectioque, & denique timor, ne sibi à dæmone imponeretur. Et vt eius mentem ita collustrarit Deus, vt in procul posita, inque ipsa alieno-

alienorum animorum adyta penetrare potuerit, ijs tamen luminibus vitę curſum haud moderabatur, ſed illis duntaxat, quæ & diuina fides, & obedientia accendebat.

CAPVT XII.

DE P. IOANNIS de Brebeuf excellenti obedientia, & animi demiſſione.

119 Contigit vt die quodã quærenti ex Chriſto Saluatore, *Domine quid me vis facere?* reſponderit Chri-

Christus: *Vade ad Ananiam; & ipse dicet tibi quid te oporteat facere.* Post id temporis ita roboratus fuit in ijs, quæ iam antè conceperat, propositis, nullâ scilicet se agendorum norma, præterquam obedientiâ vsurum, vt verè, & Romano more pronunciare possim, hanc in eo virtutem fuisse suis omnibus numeris absolutam. Ipse siquidem in Moderatore solum Deum spectare; suum eidem pectus nudare, eundem in mentis arcana omnia simplicitate puerili admittere, ad omnia, quæ dabantur responsa, animum summè docilem adferre,

ferre, omnibus etiam à quibus abhorrebat natura, abſque vlla, non dico, tergiuerſatione, ſed etiam cunctatione acquieſcere, idq; non externa ſpecie ſolum, ſed intimo ex animo, non neſcius illam demum à ſupremo Numine Obedientiam probari, quæ præter alacritatem operis, pio intellectus, voluntatiſque affectu in obſequium properaret.

120 Dictitabat ſe ad nihil, quā ad parendum, habilem eſſe, hancque virtutem ſibi eſſe natiuam, & cùm nec iudicio multum polleret, ſibique ipſi regendo par non eſſet,

ſet; ſe tantum voluptatis ex obedientia capere, quantum infans; qui cùm per ætatem nondum vel ingredi, vel firma veſtigia figere queat, gaudet ſe materno ſinu geſtari. *Agnoui in me nullum eſſe talentum* (ita ſcripſit anno 1631.) *tantùm pronum eſſe me ad obediendum. Mihi viſus ſum aptus ad ianuam cuſtodiendam, triclinium parandum, culinam faciendam. Geram me in Societate, ac ſi eſſem mendicus per gratiam admiſſus in Societatem, & omnia cogitabo mihi fieri ex gratia.*

Hæc

121 Hæc ſcribebat, hæc dicebat Pater de Brebeuf. Vir inquam, iudicio ſanè quàm limato, ac perpolito, prudentiaque adeo Sanctâ, atque omnibus animi perturbationibus liberâ, vt demirarer quotidie eius eximiam in negotijs, quæ vel conſilio gerebat, vel manu ipſe pertractabat, ſolertiam, dexteritatemque.

122 Ita demiſſè de ſe ſentiebat, vt ſub ſui Religioſi tyrocinij primordia, exitúmque, in Coadiutorum Temporalium cenſum adlegi petierit, ſe videlicet ſacra dignitate ratus indignum, at

veró

verò ad abiectissima quęque mediastinorum munia aptissimum; quibus etiam scitissimè perfungebatur, quoties ea vt capesseret, vel necessitas exigebat, vel nutus permittebat Superiorum, illi ea in re gratiam gratificari volentium.

Verùm illum ad maiora non minus idoneum finxerat natura, quàm elaborauerat virtus, atq; industria. Et cùm huic ipse præesset Missioni, egoque illi magno meo bono subessem, eius mirabar, agendi regendique rationem, suauitatem, qua sibi voluntates demerebatur 123

infe-

inferiorum, animum in cœptis excelſum, & verè heroicum; in Diuini nutûs exſpectanda ſignificatione longanimitatem, in quibuslibet duris, & aſperis ſuſtinendis patientiam, ardens omnia illa, quæ in Dei honorem ceſſura confidebat, aggrediundi, perficiendiq; ſtudiũ.

124 Animi, quæ illi inerat, demiſſio, efficiebat, vt maiore cum cupiditate, voluptate, atque incitatiore naturæ propenſione ea complecteretur, quæ & abiectiſſima, & moleſtiſſima erant. Si terrâ iter faciendum, grauiſſimas ille ſarcinas baiulare, ſi ſecundo,

cundo, aduersoue canali remigandum, à primo diluculo ad primas faces remos impellere ; si cæco vado transeundi torrentes, primus ille aquam, aleamque subire, atque vltimus exire; nil sæuum frigus, nil glaciem morari; licèt nudas tibias vreret algor, & omne corpus rigeret; primus è strato surgere, vltimus cubitum concedere.

Suas preces de nocte per- 125
soluebat; & quiscunque tandem languor membra teneret, quantumcumque lassitudine grauia genua succiderent, confecto nimirum

itinere per loca præcipitijs horrentia, & robustissimis quibusque ferè desperationem adferentia; quocunque labore, triginta etiam dies continuatô defatigata membra quietem suaderent, ipse nihilominus omnia quæ regulis nostris præcipiuntur, non indiligentiùs peragebat, quàm qui otio abundat, viribusque integris est. Nec vllam piarum actionū, quas sponte susceperat obeundas, prætermittebat vnquam, etsi à grauissimis, ac plurimis negotijs, toto die districtissimus.

126 Nonnunquam etiam illud

vsur-

vſurpare ſolebat, eſſe nobis interdiu congrediendũ cum hominibus, noctu cum Deo colloquendum; hunc quippe in finem eſſe ab vniuerſi Architecto diurni, nocturnique temporis diſpenſatas viciſſitudines. Illud in omnibus, quos ſuſcipiebat, laboribus, erat maximè illuſtre, quòd eos obiret tam placidè, tam dextrè, & ad amuſſim; vt qui illum obſeruabant, ipſum diuinioris naturæ genium per eum dicerent laborare. Sum ego Bos, inquiebat ipſe ad ſuum cognomen alludens, & non niſi ad labores oneraq; natus.

CAPVT XIII.

DE P. IOANNIS de Brebeuf patiendi ſtudio, & animi ſere-nitate.

127 PRæterea, quæ ſuperiùs hanc in rem comemorata ſunt, illud non omittendum, quòd continuis laboribus, grauibuſq; moleſtijs, quas perferebat in Miſſionibus, itineribus, & vbicunque tandem conſiſteret, addere ſit ſolitus perpetuas corporis afflictationes, quotidianas diuerberationes, eaſq; non raro iteratas, ieiunia,

nia, cilicia, cingula ferreis cuſpidibus; mediumq́; fodicantia; vigilias in multam noctem protractas. Nihilominus adeò ſe in corpore domando arbitrabatur ſegnem, ac remiſſum, vt paucis ante obitum annis hæc exarauerit verba: *Timui meam reprobationem, eò quòd nimis ſuauiter hactenus mecum egerit Deus, tunc bene de me ſperabo, cum patiendi occaſiones ſe dederint.* Et tamen à vero alienum nihil dixero, ſi vitam ipſius aliud nihil, quàm catenam ex rebus aſperis, duriſque contextam fuiſſe affirmauero.

128 Si quando contemptim habebatur, Deo gratias dicebat, gaudioque perfundebatur, ijs, quibus non poterat omnia celare, negans, abiectè se fuisse tractatum, eò quòd nequiret ad locum tam humilem detrudi, quin suis esset votis sublimior; & quòd tantò in inferiora pondere ferretur, quanto lapis, quem nulla natiua vis sursum vrget. Insuper rogabat Moderatores, vt se haberent abiectè; quod vbi faciebant, quò ad Diuinam erga ipsum gratiam sua accommodarent consilia, illum semper sibi ipsi similem, omnia

nia æqui boni consulentem, vultuq; suauissimo renidentem deprehendebant.

Perpetua hæc mentis ma- 129
lacia, atque serenitas præ reliquis eius virtutibus emicare, omnium reliquarum cos, & lydius lapis esse videbatur. Duodecimus agitur annus, ex quo illum ego noui, vidique iam Superiorem, iam inferiorem, iam omnibus æqualem; modò Missionum laboribus distentum, modò cum Monticolis Christianis, Ethnicis, amicis, hostibus differentem; vidi grauia perpetientem, insectationibus lacessitum, calum-

nijs appetitum, poſſum tamē profiteri, vniuerſo illo tempore nullum à me in eo vel irâ commoti argumentum, vel intolerantis animi veſtigium fuiſſe deprehenſum. Quin imò cùm nōnulli eum frequenter conſultò, ac deditâ operâ verbo aculeato pupugiſſent, eaque repentè dixiſſent, ac feciſſent, quæ ipſum grauiùs accepturum exiſtimabant, ſemper nihilominus ſua oculis gratia, frōti innubis ſerenitas, animo cōſtitit immota tranquillitas.

130 Anno 1634. octiduana exercitia ſpiritualia repetenti, ſe aſpectabilem præbuit

Salua-

Saluator ſpinis coronatus, atque hiſce verbis cum alloquens: *Habebis deinceps vnctionem in verbis tuis.* Et an. 1640. dum ſacris operatus refert Numini gratias, vidit ſenſitque manum vngentem ſacro balſamo ſuum cor, ſuæque facultates animæ. Ex quo aſpectu ſummam mentis ſuæ pacem, tranquillitatemque obortam, teſtatum reliquit ipſe in ſuis codicillis.

Pauculis poſt hoc viſum 131 diebus, ſeditione in S. Ioſephi oppido aduerſus nos commota, in qua ipſe, ac nonnulli præterea Patres

ſæuum in modum fuerant diuerberati à plebe, quam Cenruriones ipſi in nos concitauerant, plagis contumelias, & domus incendendæ minas adijciente, cum veſperi P. Ioannes ob hæc omnia Deo gratias perſolueret, nonnullam interea ſenſit inquietem animi, ex metu, ne Gentiles illi rurſum Euangelij præpedirent, profectam; mox autem oblata ei ſpecies eſt Virginis Deiparæ, oſtentantis cor tribus confixum gladijs, eodemque tempore arcanam vocem exaudijt dicentem, cœli terræque Reginam voluntati diuinæ acquie-

quieuiſſe ſemper, quantumvis eius cor haud raro imis merſum fuerit doloribus, proinde in aduerſis, ipſius animo obverſaretur, ea non ſecus ac Idea obſequij.

Suauiſſimo hoc oleo, quo mentem eius identidem perfundebat Deus, non reſtinguebatur, ſed accendebatur vehementius eius Zelus, flagranſque deſiderium, ac ſtudium quàm latiſſimè proferēdi Chriſti imperium; quin imò erant hæc viſa inſtar ſtimuli, quo perpetim excitabatur, ad Chriſti religionem pro viribus amplificandam. 133

133 Poſtquam An. 1638. accuratiùs luſtrauit, excuſſitque animum, hanc in ſuas tabellas retulit ſententiam: Mihi Deus pro ſua pietate impertitus eſt manſuetudinem, benignitatem, in omnes mortales charitatem, animũ ad quidlibet paratum, ad ſuſtinenda aduerſa patientiam. Eadem Dei clemẽtia ſtatuit, vt ijs, quæ ipſe mihi largitus eſt, donis, ad mei ipſius, aliorumq; vtar perfectionem. Eamque ob rem inſtituam poſthac examen particulare, & videbo, vtrum tantis beneficijs, de quibus ratio à me olim exigetur, vtar ſicuti par eſt. Rem

Rem aliàm memoratu di- 134
gniſſimam accipe. Dum an-
no 1640. annuam aſceſin
repetit; ſuorumque, vt ſcri-
bit peccatorum fœditatem,
ac numerum innumerum
verſat, conſpicit Chriſtum
Seruatorem infinitâ miſeri-
cordiâ motum, brachia per
quàm benignè expanden-
tem, amplexabundoque ſi-
milem, ac ſubijcientem: ſe
ipſi præteritas culpas condo-
nare, in eo ſua dona, ſuaſ-
que gratias inſtaurare. Quin
viſus ſibi eſt Chriſtum au-
dire hæc de ipſo verba re-
petentem: *Vas electionis eſt
iſte, vt portet nomen meum*

ingentibus; oſtendam ibi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati Vbi hæc audijt Pater, actis idcirco gratijs, ſeſe Chriſto obtulit tria effatus: *Quid me vis facere? Fac me virum ſecundum cor tuum: Nihil me impoſterum ſeparabit à charitate tua, non nuditas, non gladius, non mors.*

135 Eiuſmodi ignibus æſtuans offerebat ſeſe Numini, ad diriſſima quæque pœnarum ſubeunda genera, ſi eorum perpeſſione cæcos illos populos in ſalutis poſſet adducere ſemitam. Mi Deus, (ſcribebat ipſe non ita multò antè quàm caperetur, & neca-

necaretur) vtinam cognoſcaris ! vtinam vniuerſa hæc gens barbara te colat ! vtinam hinc omne extermínetur peccatum ! Vtinam ameris ! Imo mi Deus, ſi omnia planè ſupplicia, quæ captiuis in hac fera barbarie inferri poſſunt, in meum vnius caput vis deuolui, en præſtò ſum, ad illa me ego ſponte deuoueo ; ego vnus omnia, & ſingula æquo perferam animo.

Aliàs pugillaribus hunc 136
inſcripſit animi ſui ſenſum ! Duobus deinceps diebus in meipſo ingens Martyrij, & omnium, quæ Martyres vn-

quam experti sunt perpetiẽdorum sensi desiderium.

137 Excelsos hosce, atque heroicos spiritus excitabant in ipso duæ diuersæ virtutes, fidentia nimirum ac diffidentia, illa erga Deum, hæc de seipso, quas indiuisa comes affectabatur integerrima cũ Diuinis nutibus concordia.

138 Mihi semel ex eo percontanti, an si sibi ab Iraquanis capto, omne prorsus corporis tegmen auferretur, non esset id grauissimè laturus, haudquaquam, respondit; foret ea quippe volũtas Dei, & eo temporis articulo non in me, sed in Deum essent

meæ

meæ defixæ cogitationes. Inſtanti, vtrum ſaltem non horreret ignem? Subdidit: horrerem quidem, ſi meæ ſim infirmitatis memor; nam ne muſcæ quidem aculeum ſatis ſedatè, tranquilleq; ferre queam; at Deum mihi conſtanter adfuturum confido; quo ſuppetias ferente, terrificos flammarum cruciatus nihilo magis, quàm aciculæ punctiunculam reformido.

CAPVT

CAPVT XIV.

DE CÆTERIS Patris Ioannis de Brebeuf virtutibus, nominatim de paupertatis, castitatis temperantiæ studio.

139 FInem non invenirem, si omnia, quibus nitebat animi, virtutumque decora, in medium proferre vellem. Planè, ac verè confirmare possum, habere me in promptu, vnde codicem integrũ conscribere queam, codicem dico illustrissimum lumi-

luminibus, quibus colluce-bat ipſe, atque ea perſpicie-bat penitiſſimè, quæ facie-bant ad eximiam ſanctitudi-nem, Dei erga ſe fauores prorſus ſingulares, fidelita-tem perpetuam, qua in re-bus minutis, æquè ac gran-dibus Diuinæ gratiæ famu-labatur. Et vero in Dei fa-mulatu paruum nihil agno-ſcebat.

Paupertatis rebus omni- 140
bus ſpoliatæ tantum in eo ſtudium vigebat, vt ne ſa-crum quidem numiſma, nec vllam rem etiam viliſſi-mam haberet, cuius ſibi v-ſum citra neceſſitatem per-

missum esse vellet.

Anno 1637. Christus Dominus commonstrauit illi palatium tam affabrè, superbeque structum tam eleganter, varieque exornatum, vt operis elegantiam nec æstimare, nec animo comprehendere posset. At cùm illud palatium habitatoribus vacuum miraretur, intellexit esse paratum ijs, qui vitam in mapalibus, Christi amore ducti agerent. Quæ res mentem rarâ voluptate permulsit.

141 Castimoniam, cuius perpetua hic locorum experimenta aguntur, ita coluit,

nil

nil vt vnquā aſpiceret, quod eius nitori labeculam poſſet aſpergere. Corporis prauos motus ſentiebat nullos; in ſumma impudicitiæ licentia, quæ hîc regiam ſedem fixiſſe dici queat, viuebat æquè pudicè, acſi in ſolitudine Cypridi prorſum inacceſſa habitaret. Fuit, cùm ſeſe illi ſub fœminæ ſchemate in conſpectum dedit auernalis tenebrio, loco ab arbitris remoto, verbis faſcenninis vſus, fœdumque ardorem afflans. Impudicæ frontis (& mulierem eſſe credebat) tentamenta vix ſenſit Pater, cùm ſe crucis ſigno munijt,

ne

ne verbulo quidem respondens. Ad Crucis signum ex oculis abijt laruata Venus.

142 Conscientia illi rectissima, purissima, ac pupillæ prorsus æmula; non labeculam, non puluisculum ferrè poterat; non adhærescere sibi patiebatur. Reparatæ per Christum salutis nostræ annus M.DC.XXX. agebatur, cùm ipse in aduersarijs annotauit, se nullum in se hamulum (vt verbum ex verbo reddã) peccati venialis sentire, nulli, inquam, veniali noxiæ implicitum teneri, nullo, & ne minimo quidem affectu, in illam ferrri; suam voluntatem

tem ab ea tanquam importunissimo hoste abhorrere, seque omnia, quibus in impios desæuit Orcus, pœnarum genera, eligere malle, quàm vel minimum delictũ. Et tamen (quod non immeritò mirere) aliquot, postquàm hoc scripserat diebus, addidit, quam repræsento sententiam: *Ne me Deus tanquam infructuosam arborem succideret, oraui vt me dimitteret adhuc hoc anno, & promisi, me meliores fructus allaturum.*

Semel imprudenti excidit, vt diceret, se quamdiu in Huronibus vixit, nullam vnquam in cibo sumendo 145

vo-

voluptatē quæsisse. Quod ad me attinet, etsi illo familiarissimè, si alius quisquam, vsus sum, nil tamen à vero alienum dixero, si tester à me nullum fuisse in ipso næuum obseruatum vnquã, non dico aduersus diuinas, sed neque aduersus nostras etiam minutissimas leges, & regulas.

Viginti abhinc annis, & eò amplius fixerat sibi hæc animi decreta, his ipsis concepta verbis: *Disrumpar potius, quàm vt voluntariè regulam vllam infringam. Nullum mihi in corde habendum commercium cum creaturis. Nunquam quiescam, nunquam dicam: satis*

Plus

Plus quindecim ante su- 144
premum diem annis in com-
mentario, in quē, quot men-
sibus conscientiā denuò lu-
strans, referebat potiora, re-
perio hæc notata. Sentio in
me magnum moriendi desi-
derium, vt Deo fruar. Sentio
magnam à rebus omnibus
creatis, quæ in morte dese-
rendæ erunt, auersionem. In
vno Deo, soloque meus ani-
mus conquiescit; & extra i-
psum totum mihi nihil est;
nisi propter ipsum.

Vitam ipsius coronauit 145
mors, sanctimoniæq; sigillū
fuit perseuerantia. Natus est
25. Martij, Anno 1593. die
Vir-

Virgini Matri ab Angelo ſalutatæ ſacro, parentibus honeſtis, in Diœceſi Baionenſi. In ſocietatis noſtræ tyronum album relatus anno 1617. quarto Nonas Octobris. Vitam hanc mortalem finijt concionabundus, fungeſque munijs verè Apoſtolicis; genere mortis, quam primus Huronum Apoſtolus promerebatur, defunctus eſt, XVII. Calend. Aprilis anni à nato Deo. M. DC. XLIX.

CAPVT

CAPVT XV.

QVO STATV res Christiana nunc in Huronia verse-tur.

TOt acceptis cladibus 146
pars Huroniæ in extremam redacta est vastitatem. Quindecim pagi omnino deserti, incolarum alijs in siluas, & nemora, alijs in lacus & flumina, alijs in insulas Iraquanis minùs cognitas, minùs aditu faciles, fugâ dilapsis. Reliqui in vicinas gentes, hosti própulsando in-struciio-

ſtructiores, ſeſe receperunt. Dierum non omnino quindecim decurſu noſtra S. Mariæ domus ſe vndique deſolatam, ſe vnam vnicam in hac terrore plena, hoſtiumque excurſionibus maximè opportuna plaga ſtantem vidit. Etenim qui è ſedibus priſtinis migrauere, eas concremarunt, veriti ne Iraquēſibus receptaculum præberent, vel præſidium.

147 Publicum malum cumulat dira fames, quæ hoc anno ſæuius hæc loca diuexauit, quàm annis abhinc quinquaginta. Quò fit, vt plerique omnes annona deſti-

tuti,

tuti, vitam tolerent glandibus, vel radicibus, quas in ſiluis effodiunt, ſe feliciſſimos rati, quòd euaſerint ferrum, & vincula hoſtis Hircana tygri, rabida fame ferocioris, & crudelioris. Quibuſdam victum præbet piſcatio. Quò nos cunque mentes, & oculos conuertimus, nihil niſi tetræ, triſtéſque extremorum malorum imagines occurſant; quorum alia experti iam ſumus, alia his grauiora formidamus, pleriſque mortem ipſam in minimis malis, quæ euenire poſſint, ponentibus.

Vnica

148 Vnica sempiternæ felicitatis potiundæ spes, quā Christiana Fides roborat, est labantium fulcrum, fluctuantium anchora. Efficit ea, vt iam vel maximi ducant, bonum illud, quod possidēt quodque eis nec Iraquanorum crudelitas, nec famis sæuitia eripere valet.

Conati fuimus pro eo, ac res familiaris nostra ferebat, illos refocillare. Et quamuis ærumnæ per omnem vulgatæ prouinciam necdum annô solidô durauerint, iam tamen egenorum, exulumque plus sena millia hoc sanctæ Mariæ tectô excepimus; cref-

creſcitque in dies calamitoſorum hoſpitum numerus, ingraveſcēte nimirum quotidie penuria rerum victui neceſſariarum. Laudes ſint Numini immortales.

Vt vt res cadat, nobis illud ſufficere debet, quòd 194
hiſce ex malis ingens enaſci bonum videamus, Dei, inquam, maiorem gloriam. Cui ſi fixum, deſtinatumque eſt, horum populorũ fidem, ac religionem augere, aucto cumulo calamitatum, nobis, illiſq; incumbentium, præſtò ſumus animis; hilarè, & libenter eas complectemur, nec minore cum gaudio in

monte Caluariæ dicemus: *Bonum eſt nos hîc eſſe.* quam ſi nos in campos Elyſios tranſtuliſſet.

150 Hæc eò dico, quòd vereor ne ſint, qui plùs æquo nobis timeant. *Æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis, ſed in his omnibus ſuperamus, propter eum qui dilexit nos.* Ex Chriſtianismi primis, vt ita loquar, incunabulis; & ex quo Æterni Patris, æternus filius mundum alio, quàm ſanguinis lytro redimere noluit, eiuſmodi curſum res Chriſtianæ tenuerunt, vt Religio Catholica non niſi in ſolo cru-

cibus,

cibus, ærumniſque conſi-
to radicis vnquam egerit.
Quam ob rem hæc calami-
tatum moles tantùm ab-
eſt, vt nos deprimat, vt e-
tiam erigat; magnoque ſit
nobis ſolatio, ac volupta-
ti. Quò acerbiora mala
nobis vel inferuntur, vel
intentantur, eò ſuauiore
gaudio efferimur, & cu-
mulamur. Quin imò ſic
habemus, atque inanimum
inducimus, nos amore te-
neriore nunquam pro-
ſequutum fuiſſe Devm,
quàm proſequatur mo-
dò.

152 Cæterùm non est, cur actum, conclamatumque esse dicamus. *Non est abbreuiata manus Domini.* Qui superant Christiani, non animorum perinde, ac fortunarum iacturam fecere; suis pectoribus infixam, insculptamque Fidem, atque in Deum Religionem secum ferunt, quæ in ijs viuam Ecclesiam efficit. Quæ nondum Christo nomen dedere gentes, sunt eæ tamen in Christi ditione, potestateque. Is mentes nostras tanto lumine perfundit, vt meritò confidamus, illas operâ nostrâ, atque studio errores suos posituras.

Verum

Verum quidem eſt, quòd 152
ſpes omnis, in quam ingredimur, in vno Deo collocata ſit. At hoc ipſum pronunciandum eſt de cunctis, quæ vim naturæ exſuperant. Quò noſtra promerita? quò fides noſtra? ſi omnia in promptu, atque in luce poſita eſſent? Et quænam foret noſtra in Deum fidentia, ſi in humanis duntaxat conſilijs, atque rationibus inniterentur ea, quæ cogitamus, quæ molimur? Qui hiſce in rebus, quas Deus aliqua vult eſſe caligine involutas, oculatior eſſe cupit, quàm par eſt, non eô modô, quô con-

venit, in Dei arbitrium, concedit; quinimò suæ fiduciæ anchoram in se potiùs, quàm in Deo fixisse dicendus est. Deus meliora malit, atque à nobis hanc mentem auertat. Quę agitam⁹ animo, Dei potiùs sunt, quã nostra. Absit, Diuinæ vt fidei diffidamus.
153 Quid porro consiliorum ceperimus, donec maior lux nobis cœlitus affulgeat, edisseram. Difficile omnino est Religionem Christianam in his oris firmam consistere, nisi sedem habeamus, quæ sit veluti reliquarum Missionum centrum, atque vmbilicus è quo Euangelij præ-

præcones in omnia circumiacentia loca veluti ſanguis è corde in venas didi, ſpargique poſſint; & in quam nos quandoque recipere valeamus, deliberaturi, atque diſceptaturi de rationib⁹, quas Diuino ſuo honori amplificando opportunas ſupperet Numen.

Domus illa ſanctæ Mariæ, 154
quam adhuc incoluimus, erat loco in eum finem commodiſſimo, nec idoneũ magis optare poteramus. At rebus iam tantopere mutatis plenum inconſideratiſſimæ temeritatis conſilium foret, ſi permaneremus loco

ab Huronibus deſerto, & ad quem Algõquinenſium nullus impoſterum venturus ſperetur. Nos certè nemo inuiſeret, præter Iraquanos, qui in nos ſolos omnem ſuũ furorem effunderent.

155 Eam ob rem nobis conſultò acturi videmur, ſi noſtri gregis affectemur veſtigia, & iuxtà cum illo ſolum vertamus; memores nos non noſtro, ſed horum populorum bono tranſmiſiſſe maria, atque in has terras eſſe delatos.

Cùm verò hinc inde diſperſi Hurones in varia loca turmatim conceſſerint, confugien-

ſugientibus alijs ad montes, quos gentem Petunenſem dicimus, & quos hieme præterita Patres noſtri intres diuiſi Miſſiones excoluerunt; alijs verò aſylum quærentibus in inſula, quam Sancti Ioſephi nuncupamus, in qua abhinc ferè annum Miſſionem auſpicati ſumus: poſtremò deſtinantibus transferre lares in remotiores inſulas noſtri Magni lacus, ſeu Maris dulcis; hoſce vltimos ſequemur, atque cum bono Deo dabimus operam, vt ſedem, noſtrarumque Miſſionum centrum figamus in inſula, cui ſanctam Mariam

 dicemus

dicemus nomen, & quam Hurones Ekaentoton vulgò appellant. Eſt hæc ipſa inſula, de qua memini capite tertio, vbi indicaui, à nobis Autumno ſuperiore inchoatam fuiſſe nouam in Algonquinenſibus Miſſionem, hinc ſexaginta leucas diſſitam.

156 Locus ille noſtro inſtituto viſus eſt opportunior; inde quippe maiore cum animorum quæſtu poterimus in Huronum, Algonquinenſiumque ſalutem, quàm ex vllo alio loco incumbere. Fiemus quippe viciniores Algonquinenſibus Eskaeronnonibus, Aoechiſaeronnibus,

nibus, Aoeatſioaenronnonibus, plurimiſque alijs populis fœderatis, occiduum Solem verſus declinaturi ſēſim, atq; ab Iraquanis hoſtibus noſtris receſſuri. Ex eadem ſtatione pronum nobis erit in Petuninos, inq; gentem Neutram, noſtri auidā expedire aliquos è Patribus noſtris, in illorum locorum Miſſionem ſuam explicaturos induſtriam.

Inſuper illa ipſa inſula ſuggeret nobis facultatem ampliorem commercij inter Algonquinenſes, Hurones, noſtroſque Trium Fluuiorum, & Kebecenſes Gallos 15

conſer-

conſeruandi. Quod quidem neceſſariũ eſt, tum ad Chriſtianam religionem illic locorum ſtabiliendam, tum ad Gallicarum Coloniarũ, nouæque Franciæ magnum emolumentum. Sed patiente ſimul, fortiq́ue animo tempus illud exſpectandum eſt; arbitror enim noſtros Hurones, non niſi poſt aliquot annos, profectionem illam adornaturos, quippe cùm premantur nunc fame, ſéque aduerſus hoſtem munire neceſſe habeant.

158 Vbi ſeſe collegerint, atq; aliquantùm reſpirarint, tum demum incipient quaſi poſt-

liminio

liminio Kebecum reuisere, eoque tendere non solùm magno Flumine sancti Laurentij, quod fortasse Iraquani excursionibus, latrociniisque semper reddent infestũ, sed etiam itineribus longinquioribus, atque ab hoste tutioribus.

Scatet hæc S. Mariæ insula 158
piscibus; solum illi ferax, & fœcundum, vt referunt, qui telluris indolem explorauere. Haud grauatè, quin perlibenter curuo terram moliemur aratro, & in sudore vultus nostri vescemur pane nostro, si aliunde nobis annonam non suffecerit Ma-

gnus

gnus ille Paterfamilias. Indicùm enim triticum nobis adhuc fumminiſtrarunt Hurones; quô quidem ferè ſolô victitauimus; certè fuit illud cupediæ noſtræ. Eum nos laborem conditione noſtra inferiorem non ducimus. Et ſi nos metipſos hoſti mancupio, nexuq; tradi neceſſum foret, ad reperiendam vel in ipſis vinculis rationem, Fidei Catholicæ in his Eccleſijs, quas Deus medios inter barbaros excitauit, conſtabiliendæ, verique Numinis cultu imbuendi gentes illas, quæ tam pernicioſa eiuſdem ignorantia laborant, minimè id

id refugeremus; proniſſimis animis libertatem, vitamq; noſtram Iraquenſium ſæuæ libidini obijceremus, inque medios ipſorum ignes, focoſque fumantes proſiliremus.

Quid rerum omnium mo- 159
derator nobis paret, clam nobis eſt. An fortè nos aut macellum, aut buſtum manet? vt Fratres noſtros, qui nuper pro Deo mortem ſubierunt, imitemur? Quidquid demum acciderit, in im̃ortalis beneficij, ac ſum̃æ felicitatis loco ponemus, ſi eius in obſequijs, nos occumbere contigerit; eſt is quippe longè digniſſimus, cuius

honori omnes mortales ſeſe conſecrent, immolentque; atque ſibi perſuadeant, nullo ſe vitæ momento frui debere, niſi in ipſius honorem, & amorem, inque ſalutem ęternam animarum illarum, quas ad mortem vſque non dilexit modò, ſed & amauit.

CAPVT XVI.

HVRONVM ad Patres Societatis IESV Legatio.

160 HÆc omnia iam exarauer̃am, cum pleriſque omnibus Huronibus, qui

qui diffugerant, quò quemque sors, vel impetus tulerat, cupientibus sese in insula Sancti Iosephi colligere, in eaque sedem, figere duodecimuiri è Centurionum classe delecti ad nos adiere, ac gentis vniuersę nomine omnibus precibus nos orauerunt, obtestatique sunt, vt sui misereremur, se absq; nobis prædam hosti cessuros, nobis verò præsentibus virium, animorumque satis ad eum repellendum allaturos. Viduarum, liberorúmque iam Christianorum miseratio nos caperet; omnes, qui supersint Ethnici, velle Chri-

sti

sti iugo ceruices subijcere, nos proinde hanc Insulam optatâ ipsis Cœlitibus metamorphosi, in Christianam Patmon esse commutaturos.
161 Vbi tres ipsas horas tanta ad nos flectendos perorarũt eloquentiæ vi, quantam vel in meditullio Galliæ vix expectes ab illis, qui hanc gentem Barbaram vocant, decem grandia collaria ex porcellana, vt appellamus (sunt verò earum prouinciarum Vniones, & adamantes) confecta deprompserunt, atque addiderunt, ea esse suarum coniugum, notorumque voces, offerentium nobis pauxillum

xillum illud, quod reliquum fecerit hostis; acciperemus volentes, & boni; non latere nos, quanto in pretio hæc collaria habeant, cùm eorum sint monilia, sint omnis venustas; sed cupere se à nobis intelligi, Religionem Christianam esse sibi fortunis omnibus potiorem, nostramque disciplinam fore omni, quam tellus suppeditare posset, opulentia gratiorem. Se nobis ea offerre munera, vt in nobis Zelum, nomenq; Patris Echon (ita semp. compellabant P. Io: de Brebeuf) excitarent, fuisse illum primum Gentis Apostolum; occu-

occubuisse in causa ipsorum, considere se, fore vt eius exemplo moueremur, non posse nobis pergraue videri secum mori, cum parati sint nobiscum viuere Christiani.

162 Verbo, manus dedimus eorum facundiæ, aut veriùs pronæ in optima quęque voluntati, ac rationibus, quas naturæ vis, & genius suggesserat: Nobis dubitare non licuit, quin eorum oratio, Numinis oraculum fuerit. Et vt primo eorum ad nos aduentu, omnes alterius mentis fuerimus, alia consilia priùs cepissemus, antê tamen

men quàm à nobis discedé-
rent, sententiam commuta-
uimus, atque vnanimi con-
sensu pronunciauimus, esse
Deum nobis sequendum;
eò nobis commigrandum,
quò ipse nos vocet; quanta-
cunque demum vitæ discri-
mina obijciantur; quantum-
vis etiam ignoremus, quid
secuturis annis, qui in nostra
manu, arbitrióue non sunt,
futurum sit nobis.

Quapropter deliberatum 163
nobis est, cùm suppellecti-
lem huius sanctæ Mariæ do-
mûs, tum vires nostras om-
nes in S. Iosephi insulam,
Dei ductu, transferre; ad no-
strorum

mantissæ vicem adijcerem litteras, quas Pater ille, qui hanc Missionem moderabatur, dedit ad R. P. Hieronymum Lallement, superiorem Kebecensem, eò quòd maiorem huius Missionis notitiam adferant. Exemplum earum litterarum capite sequenti repræsento.



CAPVT

CAPVT XVII.

LITTERÆ PATRIS I. M. CHAVMONOT Societatis IESV.

Ad

R.dum PATREM Hieronymū Lallement, in quibus nonnulla ex hactenus recensitis, distinctiùs exprimuntur.

Reuerende in Christo Pater.

PAX CHRISTI.

165 P*Ost parui Iacobi Douardi, Superiore anno pro Christo à Barbaris mactati beatam mor-*

mortē, obtuli & ego Deo id, quod charißimum videbar habere, cùm meum reputarem, nihil esse posse tam exquisitum, & pretiosum, cuius iactura non debeat amari, modò aliqua inde in Deum gloria redundet.

Inter cætera, quæ tunc dicabam, consecrabamq́ Numini, charißima, erant Christiani Conceptionis, curæ meæ commißi, & Domus S. Mariæ. Munus hoc, & victima visa est esse non solùm Deo rata, sed etiam grata. Christiani Conceptionis, tribus vel quatuor demptis, interfecti sunt omnes ab Iraquanis, aut in seruitutem abducti. Domus S. Mariæ est destructa, licèt paulò clemen- 166

tiùs, quàm ego perferre iam pridem in meis meditationibus sacris destinaueram. Longè tamen acceptius aliquid Deo, quàm ego, obtulerunt optimi Patres, de Brebeuf, & Lallement, qui non aliena, non sua, sed seipsos immolarunt.

167 *O verè holocausta cœlo suauissima! Vtinam hæc Diuis gratissima immolatio in meo sanguine continuaretur! Verùm hoc Deus dabit, cum ei visum fuerit. Quotquot hîc de Societate sumus, nunquam sortem vocationis nostræ tanti æstimauimus, ac modò, cùm videmus, posse ab ea nos vsque ad Martyrij titulos extolli. Nisi me forsan hac sublimi gloria, mea peccata*

peccata reddant, quod vereor, indignum.

Ah! Reu. Pater, quantopere indigeo animi munditia, & demissione, vt ad sublimissimos illos honores, quibus optimus Deus R. Vestræ nepotē exornare dignatus est, mihi liceat adspirare! si istuc R. V. à bono IESV per merita ipsius, & quatuor magnorum Dei famulorum PP. Ioques, Danielis, de Brēbeuf, & Lallement pro me petierit, spero impetraturam & hoc, & illud maius, vt sanguine meo Regnum eius cohonestetur. 168

Ab vno mense versor in Ah8enotoe Insula Sancti Iosephi, quò se nostrorum miserrimorum Huronum pars maior 169

recepit. Hic oculis meis subijciuntur miserabiles calamitates, in quas bellum, & fames hanc gentem coniecerunt. Ordinarius nunc eius cibus glandes, vel radix quædam amara, quam Otsa vocant; beatos illi se autumant, quibus hæ dapes obtingunt. Alij, qui istis potiri nequeunt, victitant allijs, absque alio condimento sub cineribus, aut aqua calida nonnihil domitis; vel piscibus grauiter olentibus, quibus etiam tanquam condimento puras aquas inficiunt, in potum adhibendas.

170 *His insuper alij longè afflictiores reperiuntur, quibus nec glandes, nec allia, aut pisces sunt, nempe ægroti, qui per virium imbecilitatem*

litatem victum comparare non possunt. Cui miseriæ demum etiam hæc accedit, quod tametsi victu, & viribus destituti, nihilominus difficillimis laboribus distineantur, dum tuguria sibi construunt, ex aruis, & agris arbores extirpant, ingentes per circuitum palos, quibus hostes, murorum vice arceantur, defigunt, qui quidem labores vsq; eò calamitosos conficiunt, vt cadauera sepulchris egressa videri poßint, non homines.

Quàm nunc mihi eam fandi 171
copiam optarem, quâ ijs omnibus, qui in Hurones propensiore affectu feruntur, lamentabilem statum, in quem ij deuoluti sunt, ex-

plicatiùs repræsentare possem? Absq; singultibus, & lachrimis non audituros nullus dubito. Quàm libenter gentis illius loco hæc ijs ingererem: Misеremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me?

172 *Benignißimus Saluator visa aliquando vnica mæsta vidua, cuius filius efferebatur mortuus, eius casum, luctumq; doluit. Qui fieri poßit, vt imitatores mitißimi huius Magistri, commiseratione non moueantur, tot centenas aspiciendo viduas, quarum non solùm liberi, sed propinquorum etiam pleriq;, vel crudeliter interfecti, vel captiui abducti, vel inhumanißimè*

nißimè ab hostibus laniati, lixati, tosti, combusti, aut deuorati sunt?

Cæterùm, qui viscera mea afficiunt tenerrimè, sunt pupilli, & viduæ Conceptionis, quod erat oppidum vulgò ab Huronibus nuncupatum oppidum Credentium, & idquidem iure meritò, nam illic supererant perexiguæ reliquiæ Ethnicorum. Hieme superiore id obseruatum est, quòd nullum flagitium publicè fuerit commissum, eò quòd Christiani numero longè superiores in officio Infideles continuerint, impedituri si scelesti aliquid tentassent. 173

174 *Inter alia ſubierat animum lubido inſtituendi quoddam Genti antehac ſolenne Tripudium, D8retha vocitatum, cum quo vt iungeretur conuiuium Endak8andetum appellatum, contendebat Tibicen, qui ex alio pago illuc aduenerat. Id vbi nonnulli Chriſtianorum reſciuere, ita fortiter obſtiterunt, vt Centurionum nemo illud indicere voluerit. Itaque tibicen rubore plenus, eò, vnde venerat, eſt redire coactus. Fuit iſte poſtremus actus, quem in Fidei teſtimonium Chriſtiani ediderunt. Nam triduò poſt irrumpentes Iraquani, eos omnes præterquam ſex captiuitati addictos, fortiter pro patria pugnantes*

gnantes

gnantes interfecerunt.

Intellexi Carolum Ouduiaiondiont viso victoriam hostibus cessuram, in genu abiectum Deo religiosè supplicasse, ac paullò pòst glande traiectum occubuisse.

Aco8end8tie de Atentet post mortem repertus est manibus in morem orantis coniunctis.

Fuerat is vnus ex illis Huronibus, qui Patrem de Noue manibus sic piè compositis inuenerunt, quem haud dubiè hoc gestu voluit imitari.

Priusquam litteras obsignem, facere non possum, quin adijciam precatiunculam, quam optimus Renatus Tondih8annen, cùm Christiani Conceptionis obuiam

hostibus prodirent, in hæc verba fudit: Domine Deus, qui vitæ nostræ Dominus es, Christianos in Iraquanos mouentes respice; opem eis fer, oro; nec permitte, vt hostis vincat, sanctaq́; Fdei progressus retardetur.

177 *Tametsi vir iste candidißimæ mentis non fuerit votis potitus, sed eius gener Tsoediai morte & filius Ihannensa captiuitate illi sit subtractus, constans nihilominus Deum adorare pergit. Narratum est mihi, post has tam luculentas plagas ita fuisse precatum: Mi Deus, quòd fratres nostri gladio hostili, vitâ tam atrociter fuerint exuti, optimè factum est. Nos homunciones, qui orabamus,*

mus; vt aliter res cederet, non sapimus. Tu solus nosti, quid factu sit optimum. In cælis aliquando, cum illuc admissi fuerimus, fatebimur, res hoc modo, quo gestæ sunt, rectissimè gestas esse: neque bene casuras fuisse, si ad vota nostra cecidissent.

Ex his R. V. discet, diligentibus Deum omnia cooperari in bonum. 17
Is mihi obtigit honor, vt R. V. Nepotis in lingua Huronica fuerim indignus Magister. Incredibile dictu est, quantùm insudarit linguæ addiscendæ, quantúmque profecerit. In præmium istiusmodi solertiæ nonnulli putarunt, fuisse


ffuisse illi à Deo concessam tam felicem mortem. Valeat R. V. in Christo, vt in suis SS. Sacrificijs, & precibus Deo commendet suum.

Ex Insula S. Iosephi Calend Iunij anno 1649.

Humillimum, & obedientissimum seruum.

I. M. Chaumonot Soc. IESV.

Ad maiorem Dei, Cœlitumq; gloriam.



Proteſtatio Interpretis.

ADuertis, Lector, in hac Narratione Hiſtorica, nonnulla attingi, quæ aliquibus ſanctitatem, & Martyrij appellationem videantur adſcribere; narrari quoque præſagia futurorum, reuelationes, illuſtrationes, apparitiones. Verùm hæc, & alia omnia, quæ non veluti Autor,

Autor, sed duntaxat Interpres propono meis Lectoribus, ita refero, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica sede examinata, atque approbata, sed tanquam quæ à sola Gallici Scriptoris, quem transfero, fide pondus obtineant; atque adeo non aliter, quàm humanam historiam. Proinde Apostolicum sacræ Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634.

con-

confirmatum, inuiolatè iuxta declarationem eiusdem decreti à S. D. N. Vrbano VIII. anno 1631. factam seruari à me omnes intelligant, nec velle me vel cultum, aut venerationem aliquam per hanc meam Interpretationem vlli arrogare, vel famam & opinionem Sanctitatis, aut Martyrij inducere, seu augere, nec quidquam eius existimationi adiungere; nullumq; gradum facere ad futuram aliquãdo vllius Beatificatio-

Autor, sed duntaxat Interpres propono meis Lectoribus, ita refero, vt nolim ab illis accipi tanquam ab Apostolica sede examinata, atque approbata, sedtanquam quæ à sola Gallici Scriptoris, quem transfero, fide pondus obtineant; atque adeo non aliter, quàm humanam historiam. Proinde Apostolicum sacræ Congregationis S. R. & Vniuersalis Inquisitionis decretum anno 1625. editum, & anno 1634. con-

confirmatum, inuiolatè iuxta declarationem eiusdem decreti à S. D. N. Vrbano VIII. anno 1631. factam seruari à me omnes intelligant, nec velle me vel cultum, aut venerationem aliquam per hanc meam Interpretationem ulli arrogare, vel famam & opinionem Sanctitatis, aut Martyrij inducere, seu augere, nec quidquam eius existimationi adiungere; nullumq; gradum facere ad futuram aliquãdo ullius Beatificatio-

cationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; sed omnia in eo statu à me relinqui, quem seclusâ hac mea interpretatione obtinerent. Hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua scriptione, & actione dirigi.

Georgius Gobat Societatis IESV Theologus.



ELENCHVS HVIVS libelli capitum.

FINIS.

MENDA.

Fol.	Erratum	Emendatum.
18	referta millue	refertam, illuc
33	tenerum Dei	tenerum sui
36	primis	primas
40	rationes	vicinæ nationes
44	vti	vbi
52	exinde	exinde fusis
62	potuit	potuit, vt
68	sapore	sopore
94	soluta	soluto
98	exitus	excitus
103	ingressere	ingessere
104	saturientem	scaturientem
132	reuersus	reuersus est
133	Fasceuninos	Fescenninos
167	cuspidibus	cuspidibus armatâ
172	rursum	cursum
175	obsequij	obsequij in Dei nutus intenti
195	radicis	radices
199	supperet.	suggeret
201	sumus	sumus: alijs
210	notorumq;	natorúmq;
214	nostrorum	nostrarum,




BIB